

Pd. 42.

PAULI JOSEPHI A RIEGGER

26.
27.

EQUITIS

S. C. R. A. M. CONSIL. AUL ACT. JUR. ECCL.
PROF. P. O.

DISSE

RAT

TIO

DE POENITENTIIS ET POENIS
ECCLESIASTICIS.



JUXTA EXEMPLAR VIENNENSE.

COLONIÆ AUGUSTÆ AGRIPPINENSIMUM.

EXCUDEBAT BALTHASAR WILMS.



DISSERTATIO
JURIS CANONICI
DE POENITENTIIS
ET POENIS ECCESIASTICIS.

CAPUT I.
DE POENITENTIIS.

§. I.

 Communis ecclesiae christianaæ finis in felicitate æterna & ex- Introitus
acta traditæ a Christo sapientissimo hujus ecclesiae autore
religionis custodia consistit. In eo obtinendo commune
ecclesiae Bonum, & in ejusdem haud impedita & libera
perfruptione salus ecclesiae versatur, ad quam conservan-
dam, promovendam & consequendam virtute non ci-
vili illa, & externa, quam Hypocrisis & pharisaismus, pessima reli-
gionis monstra, comitantur, sed morali & interna opus est, quam
qui

A 2

qui nigrat, non tantum conscientiam suam onerat & peccat, sed etiam si actionibus externis, non sine publica aliorum offensione, animi sui perversitatem demonstret, scandalo suo ecclesiam ipsam, ejusque sanctitatem gravissime laedit, & ita in eam delinquit. Igitur peccata atque delicta finem ecclesia evertunt, & a perfecta felicitate, quam tanto ardore omnes concupiscunt, homines abducunt. Constituimus hac dissertatione explicare remedia, quibus Christus ecclesiam suam instruxit, ut utrique malo occurtere, lesamque religionem in integrum restituere queat.

Vid. Inst. Quirinprud. eccl. P. IV. Lib. V. § 241. 242. 243.

§. II.

Poenitentia? Quid sit Eum in finem comparata sunt poenitentiae & penitiae. *Poenitentia,* caque interna hoc loco nobis est dolor animi, quo mala commissa plangimur, cum serio proposito illa rursus non committendi. *Can. I. 4. Dist. III. de panit. S. Lacant. div. inst. VI. 24.* Hujus quidem necessitatem (*P. I. Proleg. §. 37.*) sed simul insufficientiam (*ibid. §. 68.*) recta ratio agnoscit, dum, qua ratione divinitate justitiae faciendum sit satis ignorat. Viam aperuit divina revelatio, & poenitentiam, quam modo externam dicere placet, nobis monstravit, quæ sit Sacramentum novæ legis, a Christo Domino institutum. *Math XVI. 19. Joan. XX. 23. Synod. Trident. Ses. XIV. Can. I. & 2. de sanctiss. poenitentia sacram.*, quo per Sacerdotis absolutionem homini confessio & interna poenitentia contrito peccata post Baptismum commissa remittuntur. *Est hoc Sacramentum poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis Baptismus. Synod. Trident. cit. ses. XIV. in doctr. de Sanctiss. panit. & extrem. unc. Sacram. Cap. I. & 2.*

§. III.

Sacramenti poenitentiae materia? Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsius poenitentis actus, nempe contritio, confessio & satisfactio. *Synod. Trident. loc. cit. cap. 3. poenitentia materiæ ibid.* Est autem Contritio, quæ primum locum habet (ita illa pergit cap. 4. animi dolor & detestatio de peccato commisso cum proposito non pec-
candi de cetero). Fuit autem quoris tempore ad impetrandam veniam pec-
contritionis modus necessarius, & in homine post Baptismum esse, lapsi ita denum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia di-
vina

vinci misericordiae & voto praestandi reliqua coniunctus sit, quae ad rite
iustificandum hoc Sacramentum requiruntur.

Docet præterea S. Synodus, etiæ contritionem hanc aliquando charitatem perfectam esse con-
tingat, hominemque Dei reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur,
ipsum nihilominus reconciliationem ipsi contritioni fine Sacramenti voto, quod in illa
includitur, non esse adscribendum. add. Can. 4. 5. ead. Seff.

§. IV.

Secundum locum occupat *integra peccatorum Confessio*. Oportet 2.) In
enim a pænitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui conteſſi
diſcussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamſi occultis-
ſima illa ſint. Ceterum quod ad modum confitendi ſecreto apud ſolum
Sacerdotem, etiæ Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum
ſcelerum, & ſui bummilationem cum ob aliorum exemplum, tum ob ec-
clieſe offenſæ aedificiſtmem, delicta ſua publice confiteri poſſit: non eſt ta-
men hoc divino præcepto mandatum, nec ſatis conſulte humana aliqua lege
præcipereſtur, ut delicta preſertim ſecreta publica eſſent confessione aperi-
enda. Synd. Trident. loc. cit. Cap. 3. add. Can. 6. 7. ibid.

Equidem non ignota fuit primis ecclieſe ſeculis confefſio publica, ſed nunquam lege ali-
qua pracepta erat. S. CHRYSOST. hom. XXI. ad pop. Antiochen. Verum vel ex
confitentium propria voluntate. S. IRENÆUS Lib. I. 9. vel ex ſpeciali Sacerdotum
conſilio fiebat. ORIGENES homil. II. in Psalm. 37. EUSEBIUS biſt. lib. V. 23.
VI. 2. VII. 6.

§. V.

Demum quoad Satisfactionem - - Sancta Synodus declarat falſum 3.) In
omnino eſſe & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam re ſatisfac-
mitti, quin universa etiam pena condonetur. Hinc satisfactionis ne-
ceſſitatem argumentum ex S. Scriptura, Traditione, & ratione petitis
luculentem demonſtrat. Neque vero ita eſt noſtra ſatisfactione bæc, quam
pro peccatis noſtris exſolvimus, ut non ſit per Christum Iesum, nam
qui ex nobis tanquam ex nobis nihil poſſimus: eo cooperante, qui nos con-
fortat, omnia poſſimus; ita non habet homo, unde glorietur, ſed omnis
gloriatio noſtra in Christo eſt, in quo vivimus, in quo meremur, in quo
ſatisfacimus, facientes fructus dignos pænitentie, qui ex illo vim ba-
bent, ab illo offeruntur, & per illum acceptantur a patre. Synd. Trident.
loc. cit. cap. 8. add. Can. 12. 13. 14. ibid.

VAN ESPEN, Tom. I. P. II. Sect. I. Tit. VI. cap. I. Reliqua, quae de Sacramento Pæni-
tentie dicenda forent, Theologis relinquimus.

§. VI.

Pœnitentia exterior, (sup. §. 2.) in primis, quod ad satisfactio-
nem attinet, alia est publica alia privata. PUBLICA dicitur, quæ in
facie ecclesiæ publice & palam peragitur. Huic per priora sex ec-
clesiæ sacerdotaliæ subjiciebantur omnes, peccatorum gravium rei, sive
dein publica, sive occulta eorum peccata fuissent, hac sola differen-
tia quod peccatores occulti nec pœnitentiam, nec absolutionem
publice reciperent; nec per centuras, sed per privatam absolutionis
denegationem ad eam subeundam adigerentur. Quæ disciplina in
ecclesia latina usque ad finem Sæculi VII circiter duravit, quo tan-
dem tacito quodam ecclesiarum consensu axioma invaluit: de pecca-
tis publicis publice, de occultis occulte esse pœnitendum. Haec tenus quidem
pœnitentia publica semper quibusdam externis ritibus vestita & ita
etiam solemnis fuit. Sed id non attenderunt theologi scholastici,
qui Sæculo XIII. ex GRATIANI Can. 64. Dis. L. pœnitentiam ali-
am solennem a publica distinctione exsculpserunt.

Sunt qui peccata occulta, licet gravia, nunquam pœnitentia publica fuisse con-
tendunt, inter quos est JOSBINGHAM. Orig. eccl. Volum. VII. lib. XVI. cap.
III. §. 14. Sed nobis præplacuit sententia JOAN. MORINI t. c. Lib. V. Cap. VIII.
seqq. Ceterum peccata omnia de quibus Apostolus ait: quis talia agunt, regnum Dei
non possidebunt, publica pœnitentia expianda fuisse verius esse videtur, BINGHAM.
loc. cit. Cap. IV. seqq. add. VAN ESPEN. loc. cit. Cap. II.

§. VII.

Quatuor Ecclesiæ pœnitentes suos in IV. Ordines sive Classes dividere
pœnitentia solebat. Ordo I.) Flentium erat, qui in ecclesiæ vestibulo prostrati
tum or. fidelium preces, utque ad agendam publicam pœnitentiam admittan-
tarentur, flagitabant. TERTULLIAN. de pœnit. cap. 9. quorum pre-
cibus, cum ecclesia annueret, ista pœnitentiam dare, illi pœnitentiam
accipere, atque ita II.) Audientes dicebantur, quibus in infima ec-
clesiæ parte scripturam atque sermones audire licebat, sed tanquam
oratione indigni, antequam preces communes inchoarentur, abire
jussi sunt. Ut nec opera laboriosa ad Dei gratiam promerendam &
peccata redimenda ipsis imperata fuisse leguntur.

Hanc penitentiam in IV Classes distinctionem post Novati Hærefin, hoc est saeculo III.
medio incepisse, verisimile est CARDIN. BONA de Reb. Liturg. lib. I. cap. XVII.
§. 3. quidam Canones CON. NICÆN. Can. II. & 12. ap. Beuerig. in Pand. Canen.
Tom. I. fol. 71. ANCYRAN. Can. 4. 6. 9. ap. eund. ibidem fol. 377. 380. 382.
Sta-

Stationem flentium prætereunt; nec immerito, quum potius præambulum ad pœnitentiam, quam verus pœnitentiae gradus fuerat. Attamen GREGOR. THAUTURG. Epist. Canon. Can. 11. apud eund. Tom. II. fol. 35. & BASILIUS. Epist. Can. ad Amphiboch. Can. 22. 75. ap. eund. ibid. fol. 79. 127. disertam ejus in Canonibus suis mentionem faciunt.

§. VIII.

Et in his distincti erant a tertii ordinis pœnitentibus. Qui III.) Recens. Genus *flecentes* seu *substrati* adpellabantur. Hi enim in navi ecclesiæ sentur, consistentes crebras manuum impositiones & benedictiones ab Episcopo recipiebant, precibus pro ipsis fieri solitis *Constit. Apost. lib. VIII. Cap. 8. 9.* in genua nixi intererant: his denique opera Corpus adfligentia *privatum exercenda injungebantur*; hinc hæc statio proprie pœnitentialis erat. *Concil. Laodicens. Can. 19.* Ultimus Ordo erant IV.) *Conſidentes*, sic dicti, quod ipsis licuerit consistere una cum fidelibus in Oratione communis & sacrificio usque ad finem. Id unum pœnitentiam eorum significabat, quod nec oblationes suas facere, nec eucharistiæ participes fieri poterant. *Concil. Nicæn. Cap. 11. Ancyran. Can. 4. 8. 16. 24*

MORINUS loc. cit. IV. cap. 16. num. 5. Lib. VI. cap. I. seq.

§. IX.

Tanta solicitudine in curandis peccatoribus & delinquentibus utrebantur Episcopi, tanta circumspectione, in determinandis præcipue pœnitentiis, adeo, ut insigniores etiam Episcopi occurrente nova peccati specie de genere pœnitentiaæ soli nihil statuerent, sed aliorum consilia anxie conquererent, S CYPRIANUS Epist. 53. GREGOR. Thaumat. Epist. Canon. Can. 1. 7. ap. Bevereg. loc. cit. fol. 32. Pontifices quoque sæpe consulti sunt, ut de pœnitentia certis criminibus imponenda responderent, cuius exemplum referatur ap. GRATIAN. Can. 17. XII. q. II. Quanta insuper cautione singulis delictis pœnitentias aptare studuerint, id ex S. Petri Alexandrini & S. Basillii Epistolis Canoniciis adparet. Inde orti sunt Canones pœnitentiales, seu regulæ, quibus Concilia, Pontifices atque SS. Patres pœnitentiaæ peragendæ normam præscriperunt. Inde libelli pœnitentiales, seu Collectiones istorum Canonum, ex quorum præscripto, & non ex animi sui Sententia presbyteri pœnitentias injungere tenebantur.

MORINUS loc. cit. lib. VI. cap. 14, 15. VAN ESPEN loc. cit. cap. III. Collectiones Canonum poenitentialium extant ap. MORINUM loc. cit. per modum adpendicis sub titulo: *Codicum Manuscriptorum poenitentialium, sacramentariorum, pontificalium, divinorum officiorum collectionum canonistarum, & ejusmodi librorum, qui disciplinam ecclesie spectant, interiorem & exteriorem, nondum editorum descriptio & enumeratio.* Item HALITGAR. Episcop. Cameracensis de vitiis & virtutibus & ordine poenitentialium Libri V. Item Lib. poenitentialis ex Scrinio Rom. Eccles. assumptus & poenitentialis Rom. ex summo Eccles. Rom. ab Halitzario ante annos octingentes exscriptus. ap. HENR. CANISIUM Lett. antiqu. Tom. II. P. II. a fol. 81. usque ad fol. 147. Edit. Amstelod. an. 1725. add. collectio canonum poenitentialium ab ANTONIO AUGUSTINO ad calcem Epitomes quae vet. Pontif. subiuncta Edit. Paris.

§. X.

Poenitentiae publicæ rigor. Id quod tanto rigore tanta severitate executioni datum est, ut 1.) semel tantum ad publicæ poenitentiae privilegium ordinarii admitterentur rei. S. AMBROS. de penit. II. 10. S. AUGUSTINUS Epist. 54 ad Macedon. SIRICIUS Epist. I. ad Himer cap. 5. relatos enim vel ecclesia penitus rejectos, aut certe a Communione per omnem vitam prohibitos, nec ad ullius formalis poenitentiae, qua restituerentur, Beneficium admissos fuisse Conciliorum Canones testantur. Concil. Arelatens. II. Can. 21. ap. Harduin. Tom. II. Col. 775. Turonens. I. can. 8. ap. eund. ibid. col. 795. Toletan. III. can. 11. ap. eund. Tom. III. Coll. 481. Quæ disciplina usque ad seculum VIII. in ecclesia latina duravit. 2.) Ordinarius poenitentiae cursus homines saepe numero decem, quindecim, vel viginti annis, dum per diversas poenitentiae scenas (sup. §. 7. 8.) cundum eis erat, detinebat: propter atrociora crimina poenitendum fuit per omnem vitam & non nisi in vita exitu communio dabatur. Concil. Neocæsar can. 2. ap. Bevereg. Tom. I. fol. 407. Anegran. can. 16. ap. eund. ibid. fol. 392. 3.) poenitentes in mortis articulo absoluti, si convaluerissent, ad eundem statum poenitentiae reducti fuerunt, quem subire debuissent, si non ejusmodi morbi gravitas absolutionem eorum exegisset. Concil. Carthagin. IV. cap. 76. 78. ap. Harduin. Tom. I. col. 983. Arausic. I. can. 3. ap. eund. ibid. col. 1783.

MORIN. loc. cit. lib. V. cap. 27. seqq.

§. XI.

Examina-
tur & ad-
probatur. Hunc disciplinæ ecclesiasticæ rigorem & inexorabilem in peccatores severitatem nunquam sine stupore ad animum revocavi. Sed mox veterum ecclesiæ pastorum sapientiam & in religionis negotio zelum

9

zolum constantissimum admirari coepi. Dic enim, si quid adhuc dici potest ad criminum exterminium magis præstabile? Ne diuturam nimis d' xeris esse eam pœnitentiam, quæ finita jam est, mox ac de sincera delinquentis emendatione prudenter dubitari non potest. Hoc summum fuerat episcoporum studium, hoc officium, ut quos metu & laurymis & tolerantia & bonis operibus conversionem & opere & non tantum habitu ostendere viderint: Concil. Nicen. can. 12. absque mora in plenam eos communionem gratulabundi restituant. Temporis moram non quaro dicit S. CHRYSOST. homil. XIV in II ad Cor. sed animæ correctionem. Hoc itaque fac demonstres, sintne compuncti, sintne in melius mutati, & res tota confessa erit.

§. XII.

Accedit & alia ratio, quam S. AUGUST. sermon. 34. de divers Idem cap. 3. suppeditat. Si enim homo ad pristinam felicitatem cito recipetur, lapsum in peccatum mortale sicutum reputaret. Et quid rationi, quid justitiae consentaneum magis est, quam ut quos publice peccando ad peccandum incitavimus, publice penitendo a peccato revocemus? Itaque mirum non est, quod pœnitentiæ publicæ disciplina per XI Sæcula constantissime in ecclesia viguerit.

FLEURY. Discurs. in hist. eccl. II. §. 8.

§. XIII.

Sæculo XII ineunte decrescere & obsolescere quidem coepit; Sæculo id autem abusibus adnumerandum esse omnes arbitrantur. Videat XII obsoletus enim quid sit, cur antiquam pœnitentiariam rationem omnino lescere negligere placuerit. 1.) Invaluerat opinio, inepta & satis crassâ, quodlibet peccatum nova pœnitentia esse delendum, ita, ut, si unum homicidium decem; decem homicidia centum annorum pœnitentiam requirant: Quod utique contra veterum mentem pœnitentiam impossibilem, & canones ridiculos faciebat. Jam 2.) sub finem Sæculi IX substituere coeperunt pœnitentiis canoniciis alia opera laboriosa, qualia in Decreto Burchardi & in Petri Damiani scriptis occurunt, nempe psalmos, genuflectiones, flagella, eleemosynas, peregrinationes, quæ tamen omnia sine sincera cordis conversione peragi facillime possunt. 3.) Devoluta ad presbyteros pœnitentias imponendi & reconciliandi auctoritate (infra §. 29) horum confessariorum tam sæcularium, quam regularium, qui theo-

gix scholasticæ operam navabant, universalis tandem prævaluit sententia, poenitentiam injungendam a libero confessarii arbitrio pendere, & satisfactione injuncta acceptaque peccatorem extemplo absolvendum esse.

MORIN, loc. cit. lib. X. Cap. 16. seqq. & 25. | Fleury Discurs III. §. 16. IV. 15. VI. II.

§. XIV.

Indulgen- Tandem 4.) nihil magis omnimodam poenitentia publicæ de-
tia ejus- fuetudinem maturavit, quam illa Indulgentiarum species, quæ sa-
que spe- culo XI. usitata primum fuit. (infr. §. 17.) INDULGENTIA
cies 1.) antiquæ ecclesiastica est remissio cap. 4. de penit. poenitentia in satisfactionem cri-
minum poenitentibus impositæ. Cap. 14. ibid. Bossuet exposit. fid. cap. 1.
num. 27. Ejus species variæ, antiquiores aliæ, aliæ recentiores occurunt. Antiquissima est illa, qua usus S: PAULUS II. ad Cor. II. erga incestuosum Corinthium, quem excommunicatum Sathanæ antea tradiderat (lib. V. §. 245.) nunc autem in gratiam & communionem eum recipi cupit, non tam poenitentia opera, quam gratia & beneficio S. CHRYSOST. bomil. IV. in Epist. II. ad Cor.

§. XV.

Idem. Cumque tempora poenitentia Canonibus prescripta (sup. §.
10.) moderandi & contrahendi Concil. Nicæan. Can. 12. Ancyran.
Can. 4. 5. quin & modum poenitentia aliquatenus immutandi Con-
cil. Ancyran. Can. 2. potestatem habuerint Episcopi, prout poeniten-
tium conditio & diligentia id mereretur, quis non novam hic videat
indulgentia speciem? Constat quibusdam peccatoribus, iis præter-
tim, qui in delicti contumacia per omnem vitam persistant, ad
ipsum e vita ditcessum reconciliationem denegatam fuisse; non enim
videbatur dignus in morte recipere solatum, qui se non cogitavit esse mo-
rituvum. S. Cyprian. Epist. 52. ad Anton. ad Libellos tamen seu preces
Martyrum poenitentia cum pace morituris: Sanis quoque aliqua po-
nitentia relaxatio indulgebatnr. Idem Epist. 15.

§. XVI.

Quanta Sed animadvertendum est, quanta moderatione & circumspe-
modera-
tioni fu-
erint
concessæ. Aktione hactenus indulgentia concessæ sint. Apostolus illi Corinthio
residuum donavit poenitentia, at non nisi post afflictionem poeni-
tentia tam gravem, ut ex ea desperationis periculum metueretur.
Per-

Permitit quidem Concil. Nicæn. Can. 12. ab Episcopis indulgentiam concedi, sed iis tantum quicunque, & metu & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus conversionem opere, & non tantum habitu ostendunt. Neque existimes. Episcopos libellis Martyrum absque prævia & matura discussione statim subscriptissime. Jubebantur enim priusquam libellos darent, statum pœnitentium expendere, pro illis, quorum pœnitentiam satisfactioni proximam conspicerent, intercedere. Itaque nec, omnes qui Martyrum deprecationem allegare poterant, ideo Indulgentiam & pacem consequerantur. S. CYPRIAN. Epist. 10.

12. 13. 23.

VAN ESPEN Tom. III. *Dissert. de Synod. Nicæn. in Can. cit. & Tom. I. P. II. Sch. I. Tit. VII. cap. III.*

§. XVII.

Sæculo XI iterum alia indulgentia dari cœpit intuitu aliquius operis laboriosi propter evidentem aut apparentem ecclesiæ utilitatem suscepit. - Magnum illud opus fere semper fuit, arma contra etnicos, bæreticos aut Schismaticos ferre, VAN ESPEN loc. cit. Cap. I. §. 9. 10. Ejus exemplum celeberrimum expeditio in Palæstinam contra Saracenos, quæ hortante URBANO II. in Concilio Claromontano an. 1095. primum decreta, & 1096. suscepta est, pro posito Canone: quicunque pro sola devotione, non pro honoris, vel pecuniae adceptione ad liberandam ecclesiæ Dei Hierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia ei reputetur. Can. 2. Concil. Clarom. ap Harduin. Tom. VI. Part II col. 1718. Eadem remissio dein facta fuit iis, qui, cum ipsi non possent, saltem suis sumtibus militem eo mitterent.

MORIN. loc. cit. lib. X. 19.

§. XVIII.

Mox circa medium Sæculi XII placuit, licere quoque integrum novic. aut partem pœnitentia remittere illi, qui eleemosynam conferret in simæ & aliud plium opus v. g. reparationem ecclesiæ, monasterii, hospitalis, & reliq. Quin extensa fuit ista relaxatio ad pontium, itinerum, rerumque similium reflectionem. Denique itidem ad alia pietatis opera, ut visitationem alicujus ecclesiæ cum obligatione ibidem orandi ad intentionem concedentis indulgentiam. Atque ita pœnitentia canonicae & canonum pœnitentialium auctoritas licet Episcoporum debilitate, duritie peccatorum, negligenter atque ignorantia multum suc-

suceessive ceciderit, per ejusmodi tamen indulgentias lethalem quasi i^{et}um accepit. (sup. §. 14.)

§. XIX.

Eorum Deinceps vix conveniens moderatio servari potuit, adeo, ut sensim ex nimia harum indulgentiarum extensione summa disciplina ecclastica collapsio fucra ficerit, cuius tamen nec ecclesiam nec pontifices reos arguas, qui in dandis indulgentiis etiam S^{ecundo} XI adhuc eam moderationem tenuerunt, ut *partiales* duntaxat concederent, & insuper earum determinationem arbitrio Episcoporum committerent. Horum vero liberalitas nimia in *Concil. Lateran.* IV. restringi debuit cap. 14. de pœnit. ut jam annalem tantum in ecclesiarum dedicatione & in aliis XL dierum indulgentiam concedere possint, & ex illo tempore plena indulgentia summo pontifici reservata fuerit.

§. XX.

Concili- Negari quidem non potest, saepius & ipsos pontifices postea
um Trid. valde liberales fuisse, sed & revocationem & moderationem a XI^o
restrinxit TO IV. factam in Cap. §. de pœnit. Extravag. com. non ignoramus.
Tandem *Concil. Trident.* in concedendis indulgentiis moderationem
juxta veterem, & probatau in ecclesia consuetudinem adhiberi jussit, ne
nimia facilitate disciplina ecclastica enervetur. *Sess. XXV. Decret.* de
Indulg.

VAN ESPEN loc. cit. cap. III. §. 12. seq. Quam aliena sit ab ecclesiæ spiritu indulgentia
rum in annos centenos aut milenos liberalitas, ex his jam patet. *De quibus quid
meretur.*

§. XXI.

Indulen- Novissimæ hujus indulgentiarum speciei (sup. §. 18.) ad cuius
tiarum tenorem modernæ indulgentiæ clargiuntur, nullum authenticum
hodierna- monumentum S^{ecundo} XI antiquius ha^ctenus repertum fuisse MO-
rum for- RINUS loc. cit. Lib. X. 20. num 8. contendit. Ab antiquis remissio-
ma est re- nibus (sup. §. 14. 15.) in eo, quam maxime differt, cum, ut pro uno
centior. codemque opere omnibus indifferenter pœnitentibus partialis vel to-
talis pœnitentia remissio sive indulgentia addiceretur, pristinis patri-
bus fuerit ignotum, & disciplina pœnitentiali in ecclesia ha^ctenus con-
servata contrarium (sup. §. 16.)

Solent

Solent quidam altius repetere earum indulgentiarum originem, quibus tamen prater MORIN. loc. cit. respondent VAN ESPEN loc. cit. cap. I § 19. seqq. & THEOD. RUPRECHT in Nob. bish. ad Qns Can. sit de pénit. num. 90. Rationes, quibus hanc indulgentiam formulam defendere solebant, refert & ad eas pariter respondet VAN ESPEN loc. cit. cap. II. §. 6. seq. & FLEURY Discurs. in bish. eccl. IV. §. 16.

§. XXII.

Inde tamen pessime concludunt, qui indulgentiarum usum sæculo Non res primum XI & XII in ecclesia ortum, aut potestatem *eam* concedendi ipsa, ab Episcopis & Pontificibus illis primum temporibus usurpatam fuisse autumant. Modum enim duntaxat indulgentias concedendi iis temporibus mutatum esse dicendum, adeoque non rei ipsius, sed formulæ novitas causanda est. Id quod ad disciplinam historiamque pertinet, nequaquam ad fidem. Nihil aliud de indulgentiis credendum ponit Tridentina Synodus (Sess. XXV. Decret. de Indulg.) quam potestatem eas conferendi a Christo ecclesie concessam esse, earumque usum esse salutarem. Ita Benign. Bossuet in exposit. fid. & doctrin. Cathol. loc. cit. additique retinendum illum adhibita tamen moderatione, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina eneretur.

VAN ESPEN loc. cit. cap. I. §. 26. cap. II. §. 9. seqq.

§. XXIII.

Famosa admodum species indulgentiæ est, quæ Jubilæum vocari solet eaque omnium largissima estimatur. Illius auctor fuit BONIFACIUS VIII qui an. 1300. iis, qui vere poenitentes & confessi eo anno Basilicas principis Apostolorum visitaverint, non solam plenam & targiorem, imo plenissimam omnium suorum veniam peccatorum concessit, hasque indulgentias omni anno centesimo iterandas voluit. Cap. 1. de pénit. Extravag. comm. CLEMENS VI. an. 1350. ad instantiam populi romani easdem plenarias indulgentias celebravit, atque quovis anno quinquagesimo repeti jussit, argumento Jubilæi judaici Levit. XXV. 10. Num. XXXVI. 4. unde ipsum indulgentialis hujus formulæ nomen descendit, cap. 2. ibid. Rursus an. 1389. URBANUS VI a quo fatale ac diuturum schisma Avenionense initium sumbit, tempus Jubilæi ad annum trigesimum tertium, PAULUS II autem an. 1470. ad annum vigesimum quintum contraxit, quam ordinationem SIXTUS IV an. 1473. confirmavit. Cap. 4. ibid.

Jubilæi origo.

B. 3

§. XXXIV.

§. XXIV.

& historia. BONIFACIUS IX ad finem Sæculi XIV easdem indulgentias, anno Jubilæi Romæ absoluto, ad alias quasdam civitates de singulari gratia extendit, PAULUS II vero an. 1464. ad pontificatum assuntus generalem ad omnes ecclesiæ extensionem fecit. Atque hactenus alia indicendi Jubilæi causa præter recursum temporis præfixi ignota fuit. SIXTUS V ergo primus fuit, qui initio sui pontificatus pro felice regimine Jubilæum indixit. *Constitut. VIRIUM NOSTRARUM Bullar. rom. Tom. II. fol. 526.* cuius exemplum sequentes Pontifices imitati sunt.

VAN ESPEN. loc. cit. cap. V. & VI.

§. XXV.

**Forma & conditio-
nes.** Forma ac conditiones Jubilæi in Bulla SIXTI V expressæ eadent sunt, quæ hodie in Bullis Jubilæi exprimi solent. Imprimis assignantur duæ hebdomadæ, in quarum altera conditiones requisitæ impleri debent, nemirum, ut quis tribus diebus jejunet, elemosynam, quantum pro sua facultate visum fuerit, eroget: atque unam, ut minus ecclesiæ ex designatis ab ordinario visitet: atque ibidem oret ad finem in Bulla expressum: peccata sua humiliter & contrito corde confiteatur & Eucharistiam devote accipiat. Ad quæ peragenda, ut magis idonei fideles efficiantur, conceditur omnibus, ut possint hac vice eligere confessariorum quemcumque ab ordinario adprobatum, qui potenter ab omnibus criminibus quacumque ratione reservatis, atque etiam a sententiis, censuris ac poenis ecclesiasticis quomodolibet incurvis absolvere, ac quæcumque emissa vota, præterquam castitatis & religionis, in alia pietatis opera commutare, vigore jubilæi potest.

Vid. R. D. BALTHAS. RERESLICH canonicus eccles. Zagrabiensis doctissimus Dissert. de Indulg. Jubil.

§. XXVI.

Poeniten- Quam in desuetudinem abiisse variisque ex causis (sup. §. 13.) ob-
tiām pub- literatam esse diximus poenitentia publicæ disciplinam, eam per expres-
licam alicujus pontificis aut concilii constitutionem abrogatam fuisse
Concil. nunquam legimus. Quid? quod cap. 1. de penit. & remiss. & Concil.
Trident. inculcavit Trident. eam disertis verbis inculcaverit. Quando igitur ab aliquo pu-
blice & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo-
offenz-

offensor commotusque fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo
culpæ pœnitentiam publice injungi oportet, ut quos exemplo suo ad mal s mo:
res provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Epi-
scopus tamen publicæ hoc pœnitentie genus in aliud secretum poterit commu-
nare, quando ita magis judicaverit expedire. Sess. XXIV. cap. 8. de ref.

§. XXVII.

Dumque eadem Trident. Synodus Sess. XIV. cap. 8. in doctrina de
sanct. pœnit sacram, præcipit, pro qualitate criminum & pœnitentium fa-
cultate salutares & convenientes satisfactio[n]es injungere, atque præ oculis
habere, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vita[c] custo-
diam, & infirmitatem medicinam, sed etiam ad præteritorum peccatorum vin-
dictam & castigationem, ipsam genuinam patrum disciplinam, quam in jungendo[is]
singendis & exequendis canonibus pœnitentialibus intenderunt, ex-
pressit, atque catenus hodierna disciplina juxta Synodum Trident. anti-
quæ patrum disciplinæ consona est, eodemque manente ecclesiæ spi-
ritu sola hæc differentia se exerit, quod pœnitentia injungenda non
amplius verbis Canonum, sed prudenti sacerdotis arbitrio determi-
natur. Itaque superfluum foret de insigni, quem canonum pœni-
tentialium (sup. §. 9.) notitia hodie adhuc pastoribus præstat, usu plu-
ra disputare.

VAN ESPEN loc. cit. Tit. VI. cap. V.

§. XXVIII.

Pœnitentia publicæ disciplinam præcipue Episcoporum curæ fu-
isse concreditam, ut reliqua officia ecclesiæ universa, nemo in con-
troversiam trahit. Nam Canones semper loquuntur de Episcopo ad mi-
nimum, ut conjuncto cum Senatu suo ecclesiastico (sup. §. 251.) illi-
us erat peccatores ab ecclesia avellere, eisque pœnitentiam impone-
re: & dein examinare eorum profectus: & tum vel prorogare eorum
pœnitentiam vel pro sua indulgentia moderari: & denique admittre
eos ad communionem ecclesiæ per absolutionem. Evidem facile
largior Episcopum per se ipsum omnibus se præstare haud potuisse, &
propterea presbyteros in adjutorium hujus rei sibi adscivisse, queis eti-
am Canones publicæ disciplinæ exercitium in certis casibus concede-
bant. Verum ex illis ipsis canonibus evidens est, publicam pœnitentia-

Pœnitentia publicæ Mi-
nistri
erant soli
Episcopi.

tiam a solo Episcopo, & a presbyteris non nisi illius jussu, & ita *delegata* quasi ac vicaria auctoritate administratam fuisse.

CONSIL. CARTAG. II. de an. 390. can. 3. & 4. & concil. carthag. III. de an. 397. can. 32.
EMAN. SCHELSTRATE DISSERT. III. c. 4. & 7. de eccles. African. sub Carthagin. Primate. Qua ratione non tantum diaconis, sed etiam laicis non nunquam concessa fuerit peccatores reconciliandi potestas, tradit MORINUS loc. cit. Lsb. VIII. cap. 23. 24. Ceterum de Ministro Sacramenti poenitentia vid. CONCIL. TRID. sess. XIV. cap. 6. in doctrin. de S. paenit. sacram. add. can. 10. de sanct. paenit. sacrament.

§. XXIX.

Ea cessante Elapso Sæculo VII postquam pro peccatis occultis poenitentia presbyteri occulta injungi desit, (sup. §. 6.) simul etiam poenitentia occultorum Curati criminum presbyteris concessa, publicorum vero Episcopis reservata fuit. Quo ergo rarer poenitentia publica & quo frequentior privata facta est, eo etiam magis auctoritas poenitentias imponendi & reconciliandi ad presbyteros devolvi coepit. Ceterum ad illos tantum, qui specialiter ad curam animarum tanquam proprii sacerdotes erant gregi suo præpositi, adeo, ut irrita haberetur absolutio ab alieno sacerdote sine proprii licentia obtenta. Arg. cap. fin. de paenit. & cap. 12. ibid. Ita ergo presbyteri beneficia curata habentes jure ordinario poenitentiam aequa, ut reliqua sacra administrare cooperunt. Unde consequtitur, ad illos tantum pertinere, hanc curam aliis, si ipsi negotiis sacris superesse non possint, committere. Concil. Trident. sess. XXI. cap. 4. de ref.

§. XXX.

Ordine per privi- legia pa- palia tur- batum. Sed Seculo XIII romani pontifices exortis tum ordinibus fratrum mendicantium his concesserunt, ut fidelium confessiones ubique libere excipere, poenitentias injungere, & absolutionem impetriri valerent. Sane GREGORIUS IX. primus fuisse videtur, qui an. 1227. fratribus prædicatoribus tale privilegium indulxit, quod *inauditus & bis etiam ipse temporibus novum* adpellavit, MATH. PARIS. ad an. 1246. Inde gravium discordiarum & scandalorum originem ipsi pontifices repetunt, de quibus componentis & tollendis egit BONIFACIUS VIII in cap. 2. de Sepult. Extravag. comm. Sed frustra, si BENEDICTO XI in cap. 1. de privileg. ibid. credimus, qui tamen ipse discordie, pro qua

*qua sedanda processerat, fomentum non modicum ministravit. cap. 2. de Se-
pult. in Clement. & ideo CLEMENS V Bonifacii Constitutionem in-
novavit in cap. 2. cit.*

VAN ESPEN. loc. cit. Tit. VI. Cap. VII. §. 8. 9. 11. seq. ubi horum privilegiorum rationem
& causas, cur postulare in Tridentino Concilio eorum revocationi curiales romani
restiterint, demonstrat.

§. XXXI.

*Concilium Trident, vero in hanc rem decrevit: Nullum etiam regu-
larem posse confessiones secularium etiam sacerdotum, audire, nec ad id ido-
neum reputari, nisi aut parochiale Beneficium aut ab Episcopis per Exa-
men, si illis videbitur esse necessarium aut alias idoneus judicatur, & ap-
probacionem, que gratis detur, obtineat; privilegiis & consuetudine
quacumque, etiam immemoriali, non obstantibus. Sess. XXII.
cap. 15. de ref.*

VAN ESPEN loc. cit. cap. VIII.

§. XXXII.

*Ne autem juri parochi sive proprii sacerdotis per privilegia & Quarati-
licentias regularibus & secularibus sacerdotibus nullam curam anima-
rum habentibus concessas, videatur derogatum; sapissime constitu-
tum est, ita liberum esse fidelibus confiteri, quoties voluerint, pres-
byteris legitimate adprobatis, ut tamen saltem semel in anno tempore paschali,
proprio sacerdoti aut alieno de hujus licentia confiteantur.
cap. 2. de Treug. & pat. extravag. Comm.*

VAN ESPEN loc. cit. cap. VI.

§. XXXIII.

*Exigua quædam pristinæ auctoritatis Episcopalis (sup. §. 28.) Reserva-
pars in quorundam criminum seu Casuum reservatione habetur. De
ea Synodus Trident declarat: Magnopere ad Christiani populi disciplinam
pertinere, sanctissimis patribus nostris visum est, ut atrociora quædam &
graviora crimina non a quibusvis, sed a summis duntaxat sacerdotibus ab-
solverentur. Sess. XIV. cap. 7. de doctrin. penit. Et ita Synodus non
tantum in pontifice, sed & in Episcopis hanc auctoritatem reservandi
agnovit, & ab omnibus agnoscendam definivit. Can. II. de sacram.
penit.*

C

§. XXXIV.


§. XXXIV.

Quarum
alii epi-
scopales,
alii pa-
pales.
Enimvero *Reservations Episcopales*, quæ utique juris ordinarii olim fuerant, (sup. §. 28) antiquissimæ sunt. *Papales* saeculo XI nondum ubiqne invaluerant. Tum solebant Episcopi non nullos gravium criminum reos ad sedem apostolicam mittere, vel ut a pontifice reconciliarentur, vel ut pœnitentiam ab eo accipiant, quædemum peracta ab Episcopis absolverentur: quin & conciliorum decreta aliquos non nisi a solo papa absolvì posse decernebant. Ita reservatio-nes papales ortæ sunt, de quibus id tenendum: In casibus ab Episcopo reservatis absolvere non posse eum, qui in casibus sedi apostolicæ reservatis absolvendi licentiam etiam specialem impetravit, licet reservati Episcopo essent inter casus sedi apostolicæ reservatos.

VAN ESPEN loc. cit. cap. IX. Mendicantes ab ordinario adprobatis vi privilegiorum dele-gatam habere jurisdictionem ad omnes casus & Cenfuras Papæ reservatas, exceptis casibus Bullæ Coenæ & sex aliis a Clemente VIII. reservatis ostendit, P. ZECH. de jure Rer. eccl. scilicet II. Tit. VI. §. 268. Sed nemo non videt ita destructam esse principiam ac fundamentalem harum reservationum rationem, quæ in eo constituit, ut difficilior obtinenda Absolutionis occasio a crimine commitendo retraheret. E- contra in casu extrema necessitatibus, quemlibet Sacerdotem etiam excommunicatum & hæreticum posse absolvere ab eoque absolutionem petendam esse, recte docere nobis videtur VAN ESPEN loc. cit. §. 35.

§. XXXV.

Quomodo
hæc de
pœnitentia
matre
sia ad jus
Canon.
pertinet.
Quamdiu fori interni & externi conjunctio stetit (lib. V. §. 258.) & pœnitentiæ publicæ disciplina viguit (sup. §. 16.) tamdiu ea, de qua modo differuimus, Pœnitentiæ materia latissimum judicij & ita juris ecclesiastici objectum fuit. Sed mutatis scenis universa hæc do-trina foro mere interno cessit adeo, ut theologiz, præsertim morali, penitus relinquenda videri posset. Nos autem ita censemus: decre-talium libri V. & juris Canonici non solum novissimi, sed etiam anti-qui & novi interpretem, imo & scientiæ hujus studiosum quemlibet harum rerum omnium notitia ad exactam Canonum intelligentiam carere penitus non esse.



CAPUT

CAPUT II.

DE POENIS ECCLESIASTICIS IN GENERE ET IN SPECIE.

§. XXXVI.

Hactenus dicta de poenitentiis pro ratione instituti nostri sufficiant. A poeni-
tentias
Nunc de POENIS ecclesiasticis agamus, quæ magis ad forum differunt
externum spectant. Cave autem penitentias confundas cum penitentia penæ ecclesiastica. Nam poenitentiam non nisi penitentibus & sincerum conver-
tentes. Canonicis. Quod si penitentia coacta exempla ob-
jectionis propositum profitentibus concedebant. Nemo ad eam reci-
piendam cogebatur, sed qui se non subiciebant, si alicujus peccati
Publici convicti essent, a communione fidelium excludebantur. Pœnæ
autem infliguntur *invitis*, ut vel emoti redeant ad frugem, vel indu-
cuntur ejificantur ex ecclesia. Quod si penitentia coacta exempla ob-
jectionis, animadvertisendum est, ab eruditioribus ea inter abusus re-
censeri.

Council. Turenensis. I. can. 18. Venetian. canon. 3. Aurelianensis. I. can. 11. Epasenus. cap. 23. To-
letan. III. can. 11. Barcinonensis. II. cap. 4. Fleury bish. eccles. lib. 51. §. 8. lib. 54.
§. 23. 24. Idem Discurs. III. ad bish. eccles. §. 16. Idem Instit. jur. eccles. P. M.
cap. IV. §. 5.

§. XXXVII.

Pœnæ ecclesiasticae omnes, ut ex earum definitione adpareat (lib. Et ab his
V. §. 24.) in privatione Bonorum spiritualium consistunt, & tum de censuræ.
linquentis emendationem tum scandali a reliquo populo fideli aver-
sionem intendunt (ibid. §. cit.) atque catenus pariter omnes una de-
finitione adequate comprehendendi possunt videntur. Sed ex quo INNO-
CENTIUS III., quid per censuram intelligi debeat, consultus respon-
dit, quod per eam non solum interdicti sed & Suspensionis & excommunicati-
onis sententia valet intelligi. Cap. 20. de V. S. tum acuta scholasticorum
natio insignem censuras inter seu pœnas ecclesiasticas medicinalis & reli-
quas pœnas stricte sive dictas seu vindicativas differentiam deprehendisse
autumabant. Quare ipsis censura est pœna spiritualis privans usum quo-

rundam bonorum spiritualium ad rei correctionem imposita. Pena vero ecclesiastica stricte sic dicta privatio bonorum spiritualium in criminis punitionem & vindictam directe inflcta.

In hanc divisionem Decretalis tuae ad unum omnes consentiunt. De eo tantum adhuc disputant, an pontifex in Cap. 10. *dis complete* omnes censurarum species retulerit? Id negare videtur GONZALEZ. ad Cap. cit. Sed multo communior est sententia præter excommunicationem, suspensionem & interdictum nullam aliam esse censuram ecclesiasticam adeoque depositionem, degradationem, aliasque penas ecclesiasticas aut impedimenta canonicæ non esse species censuræ, nec eo nomine intelligi posse. VAN ESPEN P. III. Tit. XI. cap. III. §. I. seq.

§. XXXVIII.

Pœnarum Operæ pretium est, ut adcuratius hanc divisionem evolvamus. & censu- Censurarum has esse proprias qualitates ajunt. 1.) Quod privent ho- tarum minem tantum usu bonorum spiritualium communium, & quidem differen- tiae in 2.) ad tempus, ut non sint perpetuae, sed tolli debeant, quam primum specie. reus resipiscit. Denique 3.) quod unice intendant emendationem & correctionem delinquentis vel contumacis. Ceterarum vero pœnarum ecclesiasticarum contrarias proprietates esse, quod 1.) spolient delinquentem non modo usu, sed potestate etiam & facultate, ut degrada- tio & depositio, quod 2.) perpetuum effectum sua natura habeant, atque 3.) primario intendant criminis commissi punitionem seu vindictam ex justitia commutativa. Qua ratione tres ilias vulgatas censurarum species ita circumscripas esse putant, ut a reliquis pœnis ecclesiasticis facile distingui possint.

GIBALLIN. de Sacr. jurisd. in ferend. pœn. & censur. eccles. Disq. I. q. I. seq. Disq. II. q. I. seq.

§. XXXIX.

Sed hæc distinctio, uti MORINUS loc. cit. Lib. VI. cap. 25. num. 12. ait: *cordatus quisque in auctorum ecclesiasticorum, qui XI. seculorum spacio scripserunt, leticie tantillum versatus mibi facile concedet, artem illam stricte, preciosum seque, & secundum formalitates logicas de censuris ecclesiasticis loquendi & probandi: ante illud tempus ab ecclesiasticis auctoribus non fuisse usurpatum.* Dein quis ignorat finem pœnarum iustorum invariabiliter esse & per eas æque principaliter emendationem delinquentis, satisfactionem lessi & exemplum alios absterrere, nunquam vero punitionem & vindictam in-

intendi posse ac debere, quod autem dicunt, censuras communium Bonorum usū & ad tempus tantum nos privare; id nec essentiale pœnaru[m] diversitatem demonstrat, nec generaliter verum est. Nam uti depositio privationem perpetuam, ita excommunicatio exclusio[n]am perpetuam continet. In utroque casu restitutio ex gratia singuli[r] siebat, & satis manifestum est, ecclesiam s[ecundu]m numero irrevocabilem excommunicationis sententiam tulisse, ut neque in mortis articulo aternato pacem & communionem concederet. Sane Veteres pœnae & censurae adpellationibus promiscue usi sunt, *Can. 18. XI. q. III.* & quidem posterior vel ideo magis placuisse videtur, quod censura apud Romanos etiam in privatione juris vel dignitatis consisteret.

TERTULLIAN. *Apolog. cap. 39.* excommunicationem vocat censuram divinam. S. CYPRIAN. Ep[ist] 55. ad Cornel. legi (inquir) literas tuas ecclesiastice discipline & sacerdotalis censura satis plenis Idem Ep[ist] 11. pœnas, quas peccatoribus minatur Deus, vocat divinam censuram, BOEHMER. d[icit] fert. de genuin. pœnar. eccles. indol. §. 22.

§. XL.

Est itaque inepta & inutili labore conficta pœnarum ecclesiasticarum a censuris differentia; unanimi tamen interpretum calculo recepta, ut jam nec negligi penitus nec simpliciter tolerari absque confusione possit. Quapropter viam medianam elegimus, & hodiernam de censuris & pœnis canonicis doctrinam & loquendi phrasin ita exponemus, ut tamen nec veterem tanquam inutilem & plane abolitam silentio prætereamus. Ceterum magis ex ordine nos facturos esse speramus, si primo de pœnis & censuris clericis & laicis communib[us] dein clericorum propriis eodem modo, quem in delictorum divisione (lib. V. §. 24.) differamus.

§. XLI.

Fus puniendi ex Christi institutione ecclesiæ competens (lib. V. §. 24.) a potestate clavium dependere diximus (ibid. §. 245.) illud que ab Episcopis exerceri auctoritate præcipua & antiquissima (ibid. §. 251. 252.) qui etiam soli pœnitentiæ publicæ ministri fuerant (sup. §. 28.) atque durante fori interni & externi nexus (lib. V. §. 258.) potestas clavium, quæ administrationi Sacramenti pœnitentiæ, eadem & censurarum disciplinæ necessaria esse & sufficere videbatur. Illa conjunctio-

ne sublata (*ibid.* §. 259.) simul duplex clavis ligandi & solvendi, duplex potestas, ordinis scilicet & jurisdictionis distingui cœpit, unaque axio-
ma invaluit, illam ad forum pénitentiale & internum, hanc ad judiciale
& externum pertinere, adeoque auctoritatem ferendi censuras non ab
ordine, sed a jurisdictione dependere, nec ordinem etiam sacerdota-
lem ad eam sufficere, sed necessariam esse jurisdictionem in foro ex-
tero & contentioso,

§. XLII.

Quibus Inde consequitur, Jus irrogandi censuras competere, 1.) *Summo*
illud in *Pontifici*, ob amplissimam (ut ajunt) ejus jurisdictionem in omnes
specie fideles, per universam ecclesiam; verum hæc potestatis plenitudo non
competat unam tantum exceptionem patitur. 2.) *Episcopis*, quibus utique tota
ecclesiastica jurisdictione principaliter & jure proprio in suis dioecesisbus
competit. 3.) iisque electis & confirmatis, licet consecrati nondum sint,
quia his competunt omnia, quæ jurisdictionis sunt.

§. XLIII.

Idem. Ulterius concludunt, auctoritatem ferendi censuras 4.) etiam in-
terioribus judicibus sive ordinario sive delegato jure competere posse,
eaque gaudere prælatos regulares in suis subditos regulares, *cap. 10.*
de maj. & obed. omnesque, qui exercent jurisdictionem quasi episco-
palem; uti *capitulum sede vacante*. 5.) Quin illam recte quoque con-
cedi & explicari posse a non presbyteris: quamvis enim non sacerdos
non possit ligare & solvere in foro interno, potest tamen babere jurisdictionem
in foro contentioso: & ideo potest censuras ferre, & licet non habeat
clavem ordinis, babere potest clavem jurisdictionis. *S. THOMAS in IV.
Diff. 18. q. 2. art. 2.* Adeoque 6.) posse hanc potestatem acquiri con-
fuetudine & præscriptione, quo titulo plebanum in *cap. 30. de off. iud.*
ordin. subnixum esse dicitur. 7.) Fœminas tamen, quantumvis in
dignitate constitutas, hujus juris incapaces esse *cap. 10. de pénit.* &
remiss. non obstante *cap. 12. de maj. & obed.* 8.) Censuram latam in
non subditum nullam & irritam esse ob defecatum jurisdictionis. 9.)
Ne tamen auctoritas Episcoporum prætextu exemptione vilescat, a
censuris episcopalibus nullos regulares exemptos esse deciditur in *Con-*
cil. Trident. *Seff. XXV. cap. 12. de regular.*

VAN ESPEN P. III. Tn. XI. cap. III. §. 9. seq. *Idem tralß. cito cap. II. §. 4.*

De

DE EXCOMMUNICATIONE.

§. XLIV.

Ad censuras & poenarum ecclesiasticas *communes*, quae omnibus ecclesiæ membris irrogari possunt, referenda est EX COMMUNICA TIO, cuius diversæ species in veterum disciplina obseruantur. Si- cut enim *communicare* in sensu generali designat, esse in societate ecclesiastica ejusque juribus pro diversitate status frui: ita *excommuni- catio* in denegatione communionis & jurium inde dependentium con- sistit. Hæc denegatio vel conjuncta est cum exceptione ex cœtu ecclesiastico, vel simplex est & nuda, cuius tot gradus cogitari possunt, quot sunt species communionis, queis fideles ecclesiæ unitatem & intimam ad finem ejus consequendum conjunctionem significare solent.

CENSURÆ
& POENARUM
ECCLÆSIASTICÆ I.)
COM-
MUNES
I.) EX-
COM-
MUNI-
CATIO.

Quare Episcopi, qui sine legitima causa synodo provinciali interesse negligebant, excommunicari dicebantur, dum communione aliarum ecclesiæ & Episcoporum privati ecclesia sua communione contenti esse jubebantur. *Can. 10. 12. 14. diff. 18. add. can. 2. diff. 58.* Cum ecclesia quædam particularis in alterius ecclesiæ, aut episcopi doctrina perversum quid conspiceret, negabat, aut etiam rejiciebat literas communionis, aut repellebat a communione fideles illius ecclesiæ, tametsi literis commendatiis instruti venirent, CAN. APOST. 32. & ita ecclesiæ se se mutuo excommunicabant. VAN ESPEN loc. cit. cap. IV. §. I, seqq. Tract. cit. cap. I. §. 1.

§. LXV.

Sed duas tantum excommunicationis species, quae apud veteres celeberrimæ erant, diligentius explicabimus, ne in eandem cum duabus olim scholasticis, qui eas attendere neglexerunt, confusionem incidamus. Excommunicatio minor, seu medicinalis, quam & separationem dixerunt, consistebat in exclusione hominum a communione publici cultus divini. Ejus gradus erant quatuor; vel enim 1.) a sola eucharistia participatione, vel 2.) a precibus quoque fideliūm, imo & 3.) catechumenorum, vel denique 4.) ab omni ecclesiæ ingressu excommunicabant peccatores propter leviora crimina, vel si propter graviora, isti solum, qui statim promptum animum legibus poenitentiae publicæ, quacum semper conjuncta erat (sup. §. 78.) se submittendi ostens.

ostendebant. *Major excommunicatio erat, quando homines obdutati ipreta excommunicatione medicinali de ecclesia penitus expellabantur, ut jam haberentur tanquam ethnici & publicani, nulla secrorum communione, sed omnium execratione digni.* Unde in antiquis canonibus *oranimoda separatio, Anathema, excommunicatio mortalis nuncupatur.*

Peremtorii sunt in hanc rem Textus S. AUGUSTINI: *Nos vero quemquam a communione prohibere non possumus, quamvis haec prohibitio nondum MORTALIS sit, sed MEDICALIS, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum Lib. L. homil. ult. Neque a populo Dei separamus, quos vel degradando vel excommunicando ad humiliorem panisentiae locum redigimus. Libr. post collas. cont. donatis. add. BINGHAM, loc. cit. Lib. XVI II. §. 6 seq.*

§. XLVI.

Excommunicatio in specie & Anathema. Inde observandum est, vocem excommunicationis simpliciter positam ac prolatam, apud veteres minorem illam plerumque denotasse. *Can. ult. III. q. IV. can. 41. 108 XI. q. III.* econtra anathema semper pro excommunicatione majore adhibitum esse S. CHRYSOST. homil. XV. in Epist. ad Roman. Donec GREGORIUS IX in cap. pen. de sent. excom. declaravit: *Si quem sub hac forma verborum, ILLUM EXCOMMUNICO, vel simili a judice suo excommunicari contingat, cum non tantum MINORI, quæ a perceptione sacramentorum, sed etiam MAJORI EXCOMMUNICATIONE, quæ a communione fidelium separat, esse ligatum.* Ita adstipulante interpretum ignorantia factum est, ut excommunicationis minoris species (sup. §. 45.) obliterantur: ut ad ea, quæ de illa SS. Patres docuerant, excommunicationem mortalem & maiorem adplicant: ut deprehensa voce: *Anathema novissimam omnino excommunicationis formam formnarent.* Dici vix potest, quantum in hac materia à sensu parum & spiritu ecclesiae recessum sit, occasione illius interpretationis per cap. penult. cit. factæ; ubicumque enim in canonibus & patrum regulis occurrit vox excommunicationis, idque pro culpis sepe levibus (sup. §. 45.) eam acceperunt pro maiore & mortali. Inde excommunicationis multitudo. Ubi vero canones agunt de moderatione & prudencia in excommunicatione servanda, nec non gravitate delicti atque de conumacia & rebellione &c. haec omnia tanquam ad anathema magis quam ad excommunicationem maiorem spectare perperam existimarent. VAN ESPEN, Tractat. cit. cap. I. §. 3.

§. XLVII.

Atque hac ratione triplex excommunicationis species, sensu cano-

Ex errore
dein tres
distingui
cuperunt

canonum antiquorum prorsus contraria invaluit, nimirum excommunicatio solennis seu anathema, quæ sit adhibitis quibusdam cæremoniis: major & non solennis cap. 10. de *Jud.* & *mirror*, quæ solum a sacramentorum perceptione privationem efficit: cap. ult. de *cleric.* excom. ministr. cap. pen. de *sent.* excom. Eam incurri ajunt in unico casu, si quis communicet cum eo, quem major excommunicatio ligatum tenet. cap. 30. de *sent.* excom in VI. Tametsi autem veteribus plures notæ tuerint excommunicationes minores (sup. §. 45.) hanc tamen speciem sæculo primum XLI. fors ab ipso Gregorio IX inventam, ignorabant; quivis enim excommunicato communicans idem penitus excommunicationis vinculum incurrebat. Ceterum testantur auctores, eam a multis annis penitus prope absolam esse. Itaque de sola excommunicatione majori nobis deinceps sermo crit.

MORIN. loc. cit. lib. VI. Cap. 25.

§. XLVIII.

Ejus notissima divisio est in eam, quæ dicitur *bominis* & a judice Excommunicatio per sententiam irrogatur, & in eam, quæ *juris* seu *legis* audit; si *fanctio canonis* in excommunicatione consistat, eaque vel ferendæ major est vel latæ sententiae. Quæ postrema species, licet sit hodie vulgatissima vel juris & in praxi frequentissima, certum tamen est, ejus per novem ut nis. minus sæcula, imo in Gratiani quoque decreto vix ullum vestigium existere. At eo majores brevi tempore progressus habuit. Per scilicet librum Sextum decretalium introducti sunt XXXII, causus excommunicationis latæ sententiae: *Gloss.* in cap. 22. de *sent.* excom in VI. Inveniuntur in solis Clementinis L. ejusmodi excommunications: *Gloss.* in cap. 1. Clement. cod. per Bullam Cœne, per Extravagantes, per Constitutiones synodales, per visitationes & renovationes regularium pene innumera: & vix illa Bulla aut Rescriptum Romæ prodit, cui non sit annexa excommunicatione ipso facto incurrenda, idque non raro etiam in decretis, quæ ad solam rerum & jurium temporalium conservationem tendunt.

NAUARR. in *Manual.* cap. 27. n. 49. In antiquis canonibus, in decreto & decretalibus vix XXVI. causus excommunicationum reperiuntur, quæ tamen ipsæ, si rectæ ponderentur, maximam partem non excommunicationem ipso facto, sed ab homine convictis infligendam indigant. Neque est, quod alter interpretetur verba celebratissimi can. si quis suadente diabolo. 29. XVII. Q. IV. quo dicitur, qui in clericum vel monachum violentas manus intulerit, *Anathematis vinculo subjacer*, si scilicet

convictus, ac condemnatus fuerit. Interim glossa id explicat de excommunicatione ipso facto incurrienda, quæ opinio vulgo regnat. FLEUR Y: Inßt. Qur. eccles. P. III. cap. XX. §. 7. VAN ESPEN: P. III. Tit. XI. Cap. VII. §. 20. Tract. cap. I. §. 4.

§. XLIX.

Ad eam
requiriur
justa cau-
fa.

Pana excommunicationis in ecclesia nulla major est. can. 17. XIV.
q. III. Igitur, ut ea inferri jure possit, requiritur 1.) delictum gra-
vius can. 41. XI. q. III quod scandalum gereret in ecclesia, aut pacem
perturbet, aut aliquod grave documentum adferat. SUAREZ. de censur.
disp. IV. scđ. IV. n. 3. Dein 2.) publicum; can. 19. II. 9. I. cap. 48.
de sent. excom. Quænam enim est ratio peccati occulti reos a coetu
fidelium excludendi, quos nec severissima disciplina ad poenitentiam
publicam ulla censura coagit? can. 3. VI 9. II. (sup. §. 16. 3.) lo-
gitio ne probatum, cuius auctor aut sponte confessus aut plene convi-
citus est. Can. 11. 18. II. q. 1. Quo enim major est poena, eo gravior
causa criminalis, eo adcurior ejus tractatio requiritur, ut recte om-
nino S. AUGUSTINUS libr. de fid. & oper. cap. 26. tria peccatorum
genera distinxerit, & gravissima tantum excommunicatione plesten-
da: graviora poenitentia publica: leviora tandem priyata & quotidiana
deprecatione parganda esse tradiderit.

EL. DUPIN. de antiqu. eccles. discip. III. cap. II.

§. L.

Causæ in-
justæ re-
cenſen-
tur.

Hinc adparet 1.) excommunicationem latam pro levi culpa & delicto esse non solum injustam, sed ipso jure nullam, a quoconque feratur. can. 8. 42. XI. q. III. Et 2.) eum, qui excusat a culpa mortali, excusari etiam a censura excommunicationis licer simpliciter & fine exceptione impositæ. 3.) quoad causam legitimam non esse discrimen faciendum inter anathema seu excommunicationem solennem & simplicem, cum idem sit utriusque conjectarium, (sup. §. 46. 47.) totalis nempe ab ecclesia rejectio. 4.) Nimurum quantum exceedere illos Prælatos, qui propter res mere pecuniarias & caulas temporales hoc armorum genus usurpant cap. 3. de solut. qui enim pro solis incommodis temporalibus evitandis aut commodis politicis conservandis aternam vult infligere mortem, cui quæsto similis erit? Illi nimurum (respondeat GERSON. de rit. spirit. Lect. IV. Corol. V.) qui volens abigere misericordiam a fronte vicini eam securi percutiens vicinum fio.

solidus excerebravit, aut ei parem dixerim, qui studens curationem mortici vulneris in pede equi pedem confessim abruptit & scidit, equumque pererit. 5.) Nec minus sacra fulmine abuti eos dixit antiquitas, qui propter privatas sibi illatas injurias quemquam anathemate ferirent. S. GREGOR. lib. II. Epist. 34. Can. 27 XXXIII. q. IV. 6.) Rectissime a Concilio Tridentino observatum est, excommunicationem si temere aut levibus ex rebus incutiatur magis contumni quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. *Seff. XXV. cap. 3. de reform.*
VAN ESPEN Tract. cit. cap. IV. BINGHAM. loc. cit. cap. III. §. 13. seq.

§. L1.

Præterea neque omnes peccatores, qui delictum excommunicatione dignum admiserunt, statim anathemate ferendi sunt. *Contumacia & prævia monitiones.* *Con*tumacia delinquentis, ecclesiam monentem audire renuentis requiriatur, Matth. XIII. 17. Sed nec quævis contumacia sufficit, verum illa derum qua scelus commissum non tollitur. Ideo solennis est & antiquissima ecclesiæ consuetudo, *Can. Apost. 73.* doctrina Christi conformis, ut non nisi post canoniam & competentem cap. 48. cap. 3. & 5. sent. excom. in VI. hoc est, trinam can. 5. XVI g. VII. & juxta Concil. Trid. Seff. XXV. cap. 3. saltem binam publicam monitionem sententia excommunicationis pronuntietur. Intervalla temporum, quæ istas inter correctiones intercedere debeant, jure quidem determinata non sunt, sed quis non videt, tanta temporis spatia pro personarum, locorum & negotii qualitate requiri, ut de vera contumacia prudenter dubitari nequeat?

SUAREZ loc. cit. disp. IV. Seff. V. n 9. Hunc morem etiam primis saeculis ab ecclesia servatum reperimus. SYNODUS OECAMENICA EPHESINA in relatione ad Imperatores de depositione NESTORII, postquam exposuit Nestorium secundo vocatum renuisse se Synodo sistere, subjunxit: *perro autem cum canones prescrivant, TERTIO quoque contumacem esse admonendum, missi iterum alias ad illum Episcopis durum & immorigerum eundem invenimus.* Cad HARDVIN Tom. I. col. 1442. Similiter in CONCIL CHALCEDONENSI DIOSCORUS & Semel & Secundo & Tertio per Dei amantissimos Episcopos regulariter vocatus dicitur. ap. eund. Tom. II. col. 346. Quod autem ex CONCIL LUGDUNENSI sub GREGORIO X. in cap. 9. de Sent. excom. in VI. permittitur judici, ut subinde pro tribus monitionibus una utatur, recentioris est discipline atque ex jure civili, uti adparet ex L. 72. D. de Quad. mntuatnm. *VAN ESPEN Tract. cit. cap. III. & cap. IV. §. 2.*

§. LII.

Quenam Neque obscura est piissimæ hujus disciplinæ ratio. Materno af-
hujus fectu ecclesia cunctos amplectitur, desiderans ad exemplum Christi,
præcœs omnes salvos fieri, nec quemquam perire. Hinc nihil omitit, nihil
ratio. intentatum relinquit, ut peccatores ad frugem reducat. *Cum dolore*
enim, inquit S. AMBROSIUS lib. I. offic. cap. 27. amputatur, etiam
quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis;
si non potest, tunc a medico bono abscinditur; sic Episcopò affectus boni est,
ut optet sanare, serpentina auferre ulcera, abducere aliquæ vel abscindere;
postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere. Et S. LEO
Epist. 93. Nulli christianorum, ait, facile communio denegetur, nec ad
indignantes fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus ultionem
invitus & dolens quodammodo debet inferre animus. SYNODI EPHE-
SINÆ Patres testantur, sc invitos ac non sine gemitu & dolore ad
damnandum Nestorium descendisse. Lacrymis (inquiunt) subinde
perfusi ad lugubre banc contra eum sententiam necessario venimus, ap.
HARDUIN. Tom. I. coll. 1422. FLAVIANUS in Concil. chalcedonense
in sententia ipsa adversus Eutychen lacrymantibus, inquit, ac gementes
perfecta ejus perditione decrevimus, per Dominum nostrum IESUM Christum
ab eo blasphematum extraneum eum esse, ab omni officio sacerdotali, &
nostra communione & primatu ministerio; ap. eund. Tom. II. col. 167. In
condemnationem Dioscori JULIANUS ecclesie romane legatus in ea-
dem Synodo ita consensit. Mibi quidem lacrymarum fontes distillant,
*& tenet linguam ad explanationem communis compas*sio. Sed quoniam
præter meum votum Diocorius magne Alexandinae civitatis Episcopus tot
je ipsum per inobedientiam criminibus monstravit obnoxium, accusatus a
diversis in multis delictis & tertio vocatus regulariter occurrere minime vo-
luit, debilitate conscientie tentus dolens & gemens dico alienum eum esse ab
episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio, ap. eund. loc. cit. col.
347. Hæc semper fuit ecclesiæ mens, hæc manuetudo, religioni
nostræ consentanea, ut non nisi illos, quos modis nullis in finum
sumum reducere posset, cum summo dolore abjeceret. Can. 18. XXIV.
q. III. can. 41. XI. q. III. add. can. 2. V. q. II.
EL. DUPIN. loc. cit. cap. II. §. 4. seq.

**Excommunicacionum
late senten-**
tia abusus
ostenditur.

§. LIII.

Qua vero ratione cum sentu textus evangelici & ecclesiæ men-
te

te combinari poterunt ex communicationes, quæ vulgo dicuntur latæ sententiae. (sup. §. 48) id est, quæ ipso facto sine sententia judicis per ipsam legem inferuntur & ajunt quidem ipsam legem monitionis competentis vicem subire. At quod sola legis transgressio aliquem constitutat adeo contumacem, ut tanquam desperatus peccator ab ecclesiæ corpore rescindi debeat, nondum satis adparet. Viderint alii, quomodo se expediant. GERSON. loc. cit. existimat, per excommunicationem latæ sententiae hominem re ipsa non excommunicari, sed excommunicandum decerni, statim atque convictus fuerit ejus rei, propter quam excommunicatio fertur a jure sine ullo prævio judicio. Interim fatis certum est, ejusmodi excommunications neminem obstringere, nisi qui eas noverit, plurimas autem sine culpa ignorari posse; tantus enim est earum numerus, at ne quidem solertissimi canonum interpres cunctas enarrare audeant, & tamen pariter certum est, quod, si ad excommunicationem ferendæ sententiae requiratur grave & execrabilis crimen, multo gravius & execrabilius esse debeat, ob quod excommunicatio latæ sententiae feratur.

FLEURY Inflit. Jur. can. P. III. cap. XX. §. 7. VAN ESPEN Traß. cit. cap. III. §. 4. Excommunicationum istarum abusum & irregularitatem ita describit PETRUS DAMIANI in Epist. XII. ad Alexandrum Papam. Prateres duo quædam apud Apostoli-
cam Sedem frequens usus obtinuit, que si sancta prudentia vestra judicas, ut nobis videtur, omnino digna sunt corrige. Unum quis cunctis fere decretalibus paginis anathema subiungitur, alterum quia cuiuslibet ecclesiæ filius, sive clericus, sive Laicus, exponere propriis excessis Antistitis prohibetur. Quorum primum, quam sit humana salutis immane periculum, & infinite patens vorago labentium, ac perniciies animarum, clementie vestra pietas non ignorat, dicitur enim: quisquis haec, vel illa non fecerit, sive certo quisque hoc, quod superius statutum est, irrisum duxerit, vel in aliquo vnae veritate anathema sit: ubi nosnam, quam lubrita, quam præceps subito mendi illic procuretur occasio . . . & cum dictante iustitia alia sit ultime plectendus, qui plus delinquit, alio qui minus excedit, hic graviter leviterque peccantibus aqua cunctis, & indifferens pena, irrigatur . . . hanc itaque horro de nomine panam sumit, quam de suis transgres-
sione mandauit ipse quoque Deus omnipotens non presumit. Qui amat, inquit, parem-
at matrem plus quam me, non continuo addidit, si anathematisatus, vel maledictus.
Sel. tantum ait, non est me dignus: & in lege oculus pro oculo, dens pro dente, per
suffra pro percussura, adfusio pro adiunctione duntaxat exigunt nec continuo, qui reus ejus,
de Synagoga projectatur, vel maledictione damnatur. Non enim secundum Stoicos cunctis
peccata sunt paria, atque idcirco indifferente sunt ultime plectenda, sed iuxta modum
culpe temperanda est centura vindicta. Porro nec B. Gregorius, nec ceteri Patres,
qui diversis temporibus in Apistolisæ Selis regimine floruerunt, hunc morem cum suis
reverentior obseruasse decretis, & vix eorum aliquando statutis anathema subiectum,
nisi cum Catholicæ Fidei clausula terminatur. Quamobrem, si sancta vestra reverentia
placeat, hunc morem de cetero a decretalibus amoveri praescribit.

§. LIV.

Excom- Quid, si a gravitate delicti & ipsa delinquentis cunctumacia non
municati- adeo liber sit ad *ultimum remedium transitus?* nam magna adhuc pru-
nione non dentia opus est, ne intemperatus & inconsultus acutioris hujus gla-
remidis dili utus plus detrimenti, quam emolumenti ecclesiae adferat, ne tri-
frustra ricum una cum Zizaniis ante opportunum judici tempus eradicetur.
adhibitis. *Quamvis excommunicationis gladius nervus sit ecclesiastice discipline, &*
ad continentos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen magnaque
circumspetione exercendus est, cum experientia doceat, si temere & levibus
ex rebus incutiatar, magis contemni, quam formidari, & perniciem
potius parere, quam salutem CONCIL. TRIDENT. Sess. XXV. cap. 3.
de reform.

In eodem loco Patres Tridentini excommunicationum usum aliquatenus restrinxerunt. Et
primum quidem excommunicationes illas, quae monitionibus praemissis ad finem
revelationis, ut ajunt, aut pro rebus deperditis aut subtractis ferri solent, a nemine
prosul, praterquam ab Episcopo ita decernendas esse voluerunt, ut Episcopus nec
ad eas concedendas cuiusve saecularis etiam magistratus auctoritate adducatur. De
his Monitorialibus vid. MORIN. loc. cit. Lib. II caput. 7. Deinde mandant judi-
cibus ecclesiasticis, ut quandocunque execuio realis vel personalis in qualibet parte
judicij, propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo
quam defensione a censuris ecclesiasticis. Et demum subiungunt ad fin. cit. cap.
Nefas sit saeculari cuiilibet magistratus prohibere ecclesiastico judici, ne quem ex-
comunicet, aut mandare, ut latere excommunicationem revocet sub praetextu,
quod contenta in presenti decreto non sint observata, cum non ad saeculares, sed ad
ecclesiasticos haec cognitio pertinent.

§. LV.

Et nun- Illud non est tacendum, etiam cognitos malos benis non obesse in eccl-
quam con- sia, si eos a communione probibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio
tra multi- conservande pacis impedit. S. AUGUSTIN. Epist. 164. ad Eremit.
tudinem Omnis enim pia rati & modus ecclesiastice disciplinæ unitatem spiritus in
utendum vinculo pacis maxime debet intueri. S. AUGUST. lib. III. contr. Epist.
est. Parmen. cap. 1. Inde idem S. Pater ingenti argumentorum adparatu
demonstrat, quod, si vel ipsum crimen vel persona excommuni-
canda sociam habeat multitudinem, consilia separationis & inania sint
& pernicioса atque sacrilega, quia & impia & superba fiant, & plus per-
turbant infimos bonos, quam corrigit animos malos. Lib. III. contr.
Epist. Parmen. cap. II. Quando ita crimen ejusque notum est omnibus,
eg

& execrabile adparet, ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplina.
IDEM loc. cit. quam vero idem morbus plurimos occupavit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus. IDEM loc. est.

Idem hoc argumentum S. AUGUSTIN. pluribus persequitur in Epist. 255. ad Macro. & in lib. III. cap. III. V. IX. cont. Gaudens; multisque in aliis locis & ubique locutus ostendit, magis esse, ut tolerantur improbi, quam ut cum majori ecclesiæ periculo disciplina ecclesiastica feriantur. Add. VAN ESPEN Trag. cit. cap. VI.

§. LVI.

Iutelligitis profecto, quanta circumspetione opus sit, dum de Anreges principibus eorumque ministris excommunicandis quæstio agitatur, & principi. Evidem nemo fidelium ab ecclesiæ regulis solutis est, nec abfolute pesex- repugnat, ipsos quoque reges peccatores aut hæreticos ecclesiæ com- munione indignos declarari. (sub. lib. V. §. 254.) ast cur JULIUS possint? vel LIBERIUS non excommunicavit CONSTANTIUM maximum illum Arianorum patronum, contra quem Athanasius tamen & Hilarius tanto Zelo incensi contendunt, eum modo hæreticum, modo antichristum & alia omnia vocando? Quomodo ipse JULIANUS excommunicationem effugere potuit Liberii? Cur non fulminavit DAMASUS contra VALENTEM feroissimum Catholicorum persecutorem? Cur Damasus JUSTINAM Imperatricem Arianismi patronam non excommunicavit? Cur SIRICIUS non subjecit censuræ THEODOSIUM ob cruentum facinus, ob quod communionem ei denegavit AMBROSIUS? Cur LEO non ausus est reprehendere THEODOSIUM JUNIOREM, qui Diocorum & concilium EPHESINUM II. imperiali potestate protegebat? Cur non potius eum anathematis fulmine percutiendo, quam lacrymis suppliciter rogando ad obsequium perduxit? Cur tot pontifices in THEODORICI aliorumque principum arianismum ante ipsorum fores foventium hæresin conniverunt? Cur ne SIMPLICIUS nec FELIX ita puniverunt ZENONEM Imperatorem, Concilii eversorem chalcedonensis, cuius auctoritatem ambo tanto cum zelo recte defendebant? VITALIANUS CONSTANTEM Heraclii nepotem hæreticum, fratricidam, & sacrilegum, qui Martinum e sede æjecerat, & relegatum fame consecratus, qui in Maximum & ejus discipulos favierat, non modo non excommunicavit, sed & honorifice excepit? Ut de innumeris allis, qua hic

hic adferri possent, exemplis jam nihil dicam, ne historiam conscripsisse videar.

FLEURY *Discurs. in hist. eccl. s. 17.*

§. LVII.

Qua-
ratio-
ne id ad-
firman-
dum. Etsi ergo de jure constet, quod reges & imperatores excommunicari possint; de convenientia tamen, an ecclesia utile sit, difficillime constabit. Vix ac ne vix quidem in Majestatem fulmina projicere licebit sine magno schismatis periculo, pacis publicae perturbatione, ecclesiae vexatione, & ceteris calamitatibus, quas inde sequi historia, optima in ejusmodi rebus magistra, docuit. Vedit id IVO CARNOTENSIS, qui in *Epiſt. 117.* scribere non dubitavit: „Dispensationes rerum temporalium regibus attributæ sunt, & Basilei, id est, fundamentum populi & caput existunt. Et si aliquando potestate sibi concessa abutuntur, non sunt a nobis graviter exasperandi, sed ubi sacerdotum admonitionibus non adquieverint, divino iudicio sunt reservandi, ubi tanto distictius sunt puniendi, quanto minus fuerint divinis admonitionibus obnoxii.“

Enimvero indulgentia ecclesiæ in reges eo processit, ut quos illi Communione dignos haberent, digni etiam ecclesiæ Communione redderentur. Si quos culparum regi potestas aut in gratiam benititatis receperit, aut mensæ suæ participes efficerent, hos etiam sacerdotum & populorum conventus suscipere in ecclesiastica Communione debet, ne quod principalis pietas recipit, nec sacerdotibus Dei alienum habeatur. CONCIL. TOLETAN. XII. can. 3. ap. HARDUIN. Tom. III. col. 1720. Jam quid de illis excommunicationibus dicam, quæ a romanis pontificibus ad iura & dominia ecclesiæ romanæ aut recuperanda aut conservanda, quæve in aliorum causis temporalibus adverlus principes late aut intentatae sunt, id planx ignoro. Vid. EL. DUPIN. loc. cit. s. 26. seq.

§. LVIII.

Excom-
municati-
onis fe-
rendæ
forma. Primis ecclesiæ saeculis excommunicationis sententia nullis verborum formulis erat conficta nullis ritibus peculiaribus vestita. Episcopi examinata adcuratissime causa, tentatis omnibus aliis remediis, adhibito clero suo excommunicationem simpliciter pronuntiabant, CONSTIT. APOST. lib. II. cap. 37. 42. saeculo IX & sequentibus, cum fulminum istorum, absque debita moderatione saepius & præfertim ad tuenda iura, & ecclesiarum prærogativas vibratorum, fre-

quen-

quentia contemni videbatur, excoxitari cœperunt formulæ quædam excommunicationum ad terrorum incutiendum conceptæ, quæ postea ad excommunicationem solemnum seu anathema (sup. §. 47.) re strictæ sunt.

Veteres excommunicationis formulas plures ex manuscriptis codicibus referit EDM. MAR-
TENE Tom. III. de aniq. eccl. rit. Lib. III. cap. IV. quarum prima verbis amplif-
fima ex pontificali anglicano monastetii Gemicicensis defuncta legi meretur. Simi-
lem formulam habent RHEGINO de eccl. discip. lib. II. cap. 409. BURCHAR-
DUS in decret. Lib. XI. cap. 3. IUO decret. P. XIV. cap. 76.

§. LIX.

In pontificali romano sub TIT. ordo excommunicandi & absolvendi Ex Pon-
hanc formam legimus præscriptam: Quando anathema, id est, so-
tificali
lemniss excommunicatio pro gravioribus caussas fieri debet, Pontifex ^{romano}
paratus amictu, stola, pluviali violatio, mitra simplici, assistentibus
sibi duodecim Presbyteris superpelliceis induitis, & tam ipso, quam
Presbyteris candelas ardentes in manibus tenentibus sedet super fal-
dorium ante altare majus, aut alio loco publico, ubi magis sibi
placebit; & ibi pronuntiat & profert anathema.

§. LX.

Cujus hæc sunt formula: Eum cum universis complicibus fau- Explicat.
toribusque suis judicio Dei omnipotens, Patris, & Filii, & Spir- tur.
itus Sancti, & B. Petri Principis Apostolorum, & omnium Sancto-
rum, nec non & Mediocritatis nostræ auctoritate & potestate ligan-
di & solvendi in cœlo & in terra nobis divinitus collata, & pre-
tioli Corporis & Sanguinis Domini perceptione, & a societate
omnium Christianorum separamus, & a limitibus S. Matris ecclesie
in cœlo & in terra excludimus, & excommunicatum & anathemiza-
tum esse decernimus, & damnatum cum diabulo & angelis ejus, &
omnibus reprobis in ignem æternum judicamus, donec a diabolo la-
queis resipiscat, & ad emendationem & poenitentiam redeat, & Ec-
clesię Dei, quam læsit, satisfaciat; tradentes cum satanæ in interi-
tum carnis, ut spiritus ejus salvus fiat in die judicii.

§. LXI.

Post hæc tam pontifex, quam sacerdotes debent projicere in terram Idem
E

candelas ardentes, quas in manibus tenebant. Id quod ex GRATIANI can. 109. XL. q. III. desumtum esse videtur. RHÉGINO verborum formulam olim addi confuerat exhibet. Sicut hæc lucernæ extinguntur in oculis vestris, ita gaudium eorum extinguitur in conspectu sanctorum Angelorum, nisi ante mortem ad satisfactionem venerint. Lib. I. de discip. eccles. cap. 412.

Hoc ritu solet quotannis in die Cœnæ Domini solemniter pronuntiari anathema in violatores jurisdictionis & immunitatis ecclesiasticæ expressos in bulla, quæ exinde dici consuevit BULLA COENÆ DOMINI, quam tamen non obstante hac annua solemnis promulgatione nec Germania neque ulla provincia extra statum ecclesiasticum romano pontifici in temporalibus subjectum hactenus recepit aut recipere potuit. Quid ergo est, cur præ aliis censuris notandas illas dixerit P. ZECH. de jud. eccles. secr. II. Tit. X. §. 122. quæ continentur in Bulla Cœna Domini? addit: Censentur haec excommunicationes late ab homine, non a lege, cur hoc? quia ponsifex semper vocat processus, sententias, &c. lepida ratio.

§. LXII.

Forma omni excommunicati communis

Hactenus dicta excommunicationi solemnii propria: communia in omni excommunicatione observanda sunt: 1.) Quisquis excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & 2.) causam excommunicationis expresse conscribat, propter quam excommunicatione proferatur. 3.) Exemplum vero hujusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus: 4.) super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum vel literas testimoniales confici sigillo authentico consignatas. Cap. 1. de sent. excom. in VI. 5.) Epistola presbyteris per parochias & etiam vicinis episcopis mittatur, continens nomen excommunicati & excommunicationis causam, ne quis per ignorantiam ulterius illi communicet. Pontifical. rom. loc. cit. Hoc enim semper in ecclesia usitatum fuit, ut, simul atque aliquis excommunicatus esset, hac de re aliæ ecclesiæ certiores redderentur, Concil. Toletan. 1. can. II. quo facta, qui in una quadam ecclesia excommunicatus esset, pro excommunicato in omnibus aliis habebatur. Concil. Nicæn. can. 5.

BINGHAM. loc. cit. cap. II. §. 9. 10. Ne quis putet excommunicationem solemnem maiorem vim ac efficaciam habere, quam aliam simplicem, non enim re ipsa, sed externa tantum forma differunt (sup. §. 50.) & quod in pontificali romano dicitur, solemnem excommunicationem pro gravioribus culpis fieri debere, id errorem manifestum prodit jam (supra §. 46.) notatum.

§. LXIII.

§. LXIII.

Excommunicatio iusta causa destituta, qua is servato licet juris Censura
ordine feritur, ut nocens, qui revera est innocens, a Doctoribus in- injusta
iusta ratione causæ seu materiae appellatur. *Can. 88. XI. q. III.* Quid non est
obest homini christiano, quod in illa tabula non velit eum recitare
humana ignorantia, si eum de libro viventium non delet iniqua con- timenda.
scientia? S. AUGUSTIN. ap. GRAT. can. 50. *ibid.* Aeterni tribunal
judicis illum reum non habet, quem iuste judex condemnat. *cap. I.*
de sent. & re jud. in VI. Cum apud Deum non sententia sacerdotum,
sed rerorum vita queratur. S. HIERON. in *Mattb. cap. 16.* Ergo
censura iusta etiam anathematis nullatenus est timenda. *Can. 87. ibid.*
Can. 4. 7. XXIV. q. III. & potius excommunicationis fulmen sustinendū,
quam aliquod peccatum committendum & a veritate vel leviter
recedendum est, ne alias similes simus principibus illis, de quibus
dicitur JOAN. XII. 42. quod quidem in Christum crederent, sed propter
Phariseos non confitebantur, ut e Synagoga non ejicerentur;
dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.

Dicitur quidem apud GRATIAN. *Can. 1. XI. q. III.* *Sententia pastoris sive iusta sive iusta*
fuerit, timenda est. Verum non est haec sententia S. GREGORII in homil. XXVI.
in Evangel. Unde suum canonem Gratianus collegit, & cuius verba ipsa, ad calcem
can. 77. ibid. retulit. Potius ex contextu adparet, S. Gregorium id velle ut subdit
non semper ac tumida reprehensionis superbia pastoris sui judicium reprehendant
& contemnant, sed timeant & vereantur, an non forsitan ex sua culpa judicium hoc
meruerint. VAN ESPEN *Tract. cit. cap. VIII. §. I.*

§. LXIV.

Sicut ecclesia non vult, ut quis innocens per censuram ligetur, Sed in fo-
ita quoque non vult, ut clavum potestas ecclesiæ ejusque ministris ro l'actim
concedita contempnatur. Id autem absque dubio contingeret, si quis extero
per judicem competentem, servato in omnibus juris ordine, excom- observan-
municationis licet iusta sententia prostratus, eam palam exhibaret;
da.
ubi enim esset judicium, judiciorumque auctoritas, ubi sedentiae
gloria, sic cuivis sub praetextu iustitiae, quo sibi plerique adulari solent, sententiam prolatam propria auctoritate liceret concilcare? Er-
go censura, quantumvis ex parte cauæ iusta in *in foro saltet exte-*
riore tenenda & observanda est. Atque ita contingit, ut, qui liber est
apud Deum, ecclesiastica si innodatus sententia. *Cap. 28. de sent. excusa.*
E 2 idque

idque ratione scandali evitandi & contemtus judicis, si enim scandalum quacunque ratione cesseret & innotescat aliis qualitas sententiae & hominis innocentia, cessabit obligatio, ergo signum est totam hanc obligationem esse ratione scandali evitandi. Suarez loc. cit. Disp. IV. sct. VII. num. 16.

§. LXV.

Quando-
que palam
contemni
potest. Quod si vero publica sit & notoria censuræ injustitia, quod frequentius contingit, in censuris generalibus & latæ sententiae, quas judices ecclesiastici & curiales suis decretis & ordinationibus quasi deftio inservere consueverunt, & quarum vitium tam ex parte materie & formæ substantialis processus judicialis, quam ex defectu jurisdictionis nec non debitæ publicationis ac receptionis sua sponte se prodit, tum eas pati, vel timere nulla ratione tenemur. Si enim nec pro foro interno, nec externo ullum adpareat jus, omnem pariter cessare obligationem necesse est. Ergo neque in foro externo observandæ sunt sed tanquam nullæ & invalidæ negligi possunt, imo debent etiam, quia non nisi cum summa reipublicæ & ecclesiæ perturbatione ac multorum scandalô, & nullo spirituali animarum præfectu observari possunt. Quod si quis dura nimis hac dixerit, is, quid de excommunicationibus in famosa Bulla Coenæ contentis sentiendum sit, prius respondeat. - - - Necesse profecto est, ut aut in nostram sententiam transfeat, aut omnes summos principes catholicos, una cum omnibus suis administris & consiliariis saltem pro foro externo excommunicatos dicat. Cui est illata sententia, deponat errorem, & vacua erit, tanto eam curare non debet, quando apud Deum & ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolví desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum. GELAS PAPA ap. GRATIAN. can. 46. XI. q. III.

ENGEL ad Tit. de Sent. excom. §. IV. n. 103. seq. Verum est, quod non definiti qui hujusmodi comminatas aut ipso jure inflictas censuras sine exceptione esse timendas sibi & alias persuaderi student, egregie traducentes eos, qui cum S. GREGORIO ad moniment subditos, ne plus, quam expedit, suis subjectis, ne, cum student, plus quam natus esse est, hominibus subiectis, compellantur vissim eorum venerari. ap. GRATIAN. Can. 57. II. q. VII. Ast eos non solere querere in extollenda harum censuram efficacia, nisi quæ sua sunt, demonstravit VAN ESPEN Tract. sis. Cap. VIII. §. 7. atque exempla Roberti Episcopi Lincolnensis & Sewaldi Archiepiscopi Eboracenfis produxerunt.

duxit, quorum sanctitatem pluribus miraculis etiam post mortem manifestavit, qui censuras papales quoque ob iniustitiae notorietatem contemserunt, atque *palam* eis resistendum putarunt. Add. omnino VAN ESPEN. loc. cit. § 8.

§. LXVI.

Ordinarium adversus censuras injustas remedium est *appellatio* ad superiorem, quæ alias non solum cum *devolutivo*, sed etiam *suspensivo* effectu interponitur. Sed in sententia excommunicationis & cuiusvis censuræ, si *absolute* & *simpliciter* fuerit lata, causa quidem devolvitur, executio vero minime iuspenditur *Cap. 8. de off. ordin. cap. 20. latio. de sent. excom. in VI. eo quod sententia excommunicationis executionem secum trahat. Cap. 53. §. 1. de appell.* Itaque appellatio a censura vel sub conditione inflicta, vel duntaxat comminata utroque effectu, gaudet. *Cap. 10. de appellat.*

Ex decreto SYNODI NICÆNAE *Can. 5.* liberum erat tam clericis quam laicis querelas suas adversus iniquas Episcoporum sententias ad synodum provincialem *quandoenque* deferre & coram Episcopis ibidem congregatis sententiae iniustitiam exponere. Et tum quidem forma interponenda, introducenda & prosequenda *appellationis*, quæ ex jure civili in jus sacrum translatâ est. (*Lib. V. §. 261*) ignorabatur.

§. LXVII.

Ex verbis Christi Salvatoris nostri: *Si ecclesiam non audierit, SIT* *Effectus excommunicacionis Christi,* *TIBI SICUT ETHNICUS & PUBLICANUS. MATH. XVIII. 17.* ex poenâ ecclesiasticæ (*Lib. V. §. 246.*) & excommunicationis definitione (*Iup. §. 44.*) adparet, quod proprius & essentialis anathematis ex Christi institutione effectus sit, ut quis omni jure, quod cui competit tanquam membro corporis ecclesiæ, priveretur. Hac de causa excommunicati excludendi sunt a *Sacramentorum perceptione, a publicis conventibus ecclesiasticis, a divinis officiis, solis ecclesiæ filii parentibus, & precibus*, quæ vel a fidelibus celebrantur. *CAN. APOST. 10.* vel pro fidelibus *tanquam ecclesiæ membris* funduntur, quo sensu dicitur pro excommunicatis non esse publice orandum, *arg. cap. 28. de sent. excom.* quin enim pro illis orare licet, sicut ecclesia pro ethniciis & haereticis publice orat, dubium nullum esse potest. Itaque præcipius, &, si stricte loqui velimus, unicus excommunicationis effectus est privatio officiorum spiritualium, non vero eorum, quæ iure naturali, gentium aut civili debentur. Nam & cum ethnicis &

publicanis, quos Christus excommunicatis adaequat, societas civilis recte servatur, & potest quidem societas aliquem ex suo, at non ex alieno conventu pellere, adeoque nec ecclesia aliquem juribus, quicis ipsa natura homines instruxit, aut quæ per civitatem adquisita sunt, spoliare. Denique nec eo ecclesiæ jura ex Christi institutione se extendent, ut poenit temporalibus possit in reos animadvertere (Lib. V. §. 247. seq.)

§. LXVIII.

Et Aposto-
lorum in-
stitutione. At ipsi Apostoli *I. ad Cor. V. 4. ad Rom. XVI. 17. II. ad Thessal.*
III. 14. II. JOAN. V. 10. II. eorumque successores *S. IRENÆI lib.*
III. cap. III. Fidelibus inculcabant, ut & a civili & vulgari conver-
satione commercioque excommunicatorum abstinerent, tum ut ipsos
a contagio malorum præservarent, tum ut sceleratos obduratosque
magis confunderent. Id quod solite etiam observabant, cum &
rariores essent excommunications, & summa cum moderatione, &
non nisi propter enormia crimina infligerentur. Ita de S. Joanne
Apostolo legimus, quod cum aliquando lavandi causa balneum Ephesi
efset ingressus, viso intus Cerintho statim exilicerit dicens: *fugiamus*
binc, ne forte balneum coincidat, in quo est Cerinthus veritatis inimicus
IRENÆ lib. III. cap. III. EUSEB. lib. III. cap. III. Hæc tamen re-
gula dignam Apostolorum doctrina exceptionem habuit; nisi absoluta
quædam necessitas vel major aliqua, magisque urgens consideratio
moralis aliud exposceret. Hinc nec Episcopi excommunicatos, si vel
maxime relapsi essent, negligebant. Non abhoruerunt ab eorum
confortio, non a convictu, memores, Christum manducasse cum Pha-
risæis & peccatoribus Consolabantur & exhortabantur eos, ne animum
despondarent. Resipicentes, & poenitentia dignos fructus ostenden-
tes, gaudio perfusi, receperunt tanquam filios perditos, felicissime in-
ventos. *Confit. Apost. lib. II. cap. 40.*

FLEURY *Instit. Jur. Eccles. P. III. Cap. XX. §. 2.* BINGHAM. *Iov. cit. Cap. II. §. II.*

§. LXIX.

Posteriori-
bus tempo-
ribus ultra
omnem modum ex-
tensus est. Sæculo X. & sequentibus usus excommunicationum etiam de le-
vibus causis ad tuenda præserim jura ecclesiæ temporalia inflistarum
(\$ 48.) frequentior esse cœpit. Quæ ut exoptatum haberent effe-
ctum,

stum, prohibitio commercii cum excommunicato tam in civilibus, quam in sacris latissime extensa atque summo cum rigore sancta est. Nam ne servis quidem, liberis, uxori licebat ad excommunicatum accedere, nec ipse in judicio comparere, vel ullo jure gaudere poterat. Præterea cum juxta antiquos canones communicans cum excommunicato aliquando incidet in eandem excommunicationem (sup. § 47.) eadem *ipso facto & indistinctim* statuta est, in eos qui rursus communicarent cum hoc excommunicato. Sic una excommunicationis infinitas peperit. Denique GREGORIUS VII. edixit: Nos Sanctorum Praedecessorum statuta tenentes eos, qui excommunicantis fidelitate aut Sacramento constricti sunt, apostolica auctoritate a juramento absolvimus, & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus. *Can. 4. XV. q. VI. can. 5. ibid.* Quam parvam doctrinam ipse primus contra HENRICUM IV. Imp. in praxin deduxit & ita effectus excommunicationis supra omnes limites protulit. Sed nimium terribilem ecclesia potestatem redditurus contemtam reddidit, remque eo deduxit, ut laici censuras susque deque haberent, & siores Episcopi ad eas recusare dubitarent. FLEURY, loc. cit. §. 3.

Quod vitandos excommunicatos res olim ita se habuit: qui corum communionem publice amplectebantur & praecipue, qui se jungabant his, qui tanquam haereticorum aut schismatis ex ecclesia ejecti erant, ii ipso facto excommunicati, immo potius quasi se ipsis excommunicasse censebantur. Si autem ex circumstantiis pateret, quod ad illorum conventus accederent, non ut se illis in haeresi aut scelere jungenter, sed curiositatis aliave de causa, item, qui cum privatis excommunicatis communicabant extra crimen, hos patiendos quidem dixerunt, immo & excommunicandos, si nec moniti a verito commercio desisterent; sed non ipso jure excommunicati habebantur, VAN ESPEN Tract. cit. cap. VII. §. 7.

§. LXX.

Mirum ergo non est, quod moderari hunc excommunicationis postea rigorem extensionem debuerint. Ipse Gregorius, *conjuges, liberos, restringi servos, excommunicatorum*: item, qui ex *ignorantia* vel *necessitate* cœpit. Veluti emendi, vel eleemosynæ causa cum ipsis commercium habent, excipiendos esse censuit. *Can. 103. XI. q. III.* quas exceptiones hoc verificulo exprimere solent: *Utile, lex, humile, res ignorata necesse.* Porro ansam præbuit, ut excommunicationis contagium contrahetur ad solam *immediate* communicantem personam, & non deinceps in

in tertiam derivaretur. Quod ipsum successores pontificis adhuc magis mitigarunt, & a proxima excommunicati communione solam excommunicationem minorem contrahi voluerunt (sup. §. 47) nisi quis aut in eodem crimen, ob quod alter excommunicatus est. cap. 29. de sent. excom. cap. 3. ibid. in VI. aut clericus cum excommunicato a romano pontifice in officiis divinis sciens, & sponte communicaverit cap. 18. de sent. excom. His enim casibus hodie adhuc excommunicatio major ob communicationem cum excommunicato incurritur.

§. LXXI.

Idem. Interim excommunicatorum fuga imperata adhuc multum incommodi habuit ratione excommunicationum ipso jure & generalium. Huic occurrit dicitur CONCILIO CUNSTANTIENSE sub MARTINO V. celebratam, sub cuius nomine extat decretum seu extravagans, uti vocatur, in hæc verba: ad evitanda scandala, & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, statuit, quod nemo deinceps a communione alicujus in Sacmentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscumque Divinis, vel extra, praetextu cujuscumque sententia aut censura ecclesiastica, suspensiōnis aut prohibitionis ab homine, vel a jure generaliter promulgata teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut Interdictum ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibito, suspensiō, vel censura hujusmodi fuerit in vel contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam, aut locum certum a judice publicata, vel denunciata specialiter & expresse, salvo, si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum sententiam latam a Canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, neque alio juris suffragio excusari; nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta Canonicas Sanctiones.

Refert hoc decretum S. ANTONIN. in summa Theol. P. III. T. XXV. & licet ejus nulla in Actis Concilii Constantiensis mentio occurrat, neque de sinceritate aut veritate illius aliunde constare videatur, quam ex relatione S. Antonini & Doctorum, qui ejus fidem fecuti sunt, nihilominus, quia apertissimum vixum est, reprimendis scandalibus & periculis ex frequentiore excommunicationum & censuratum usum provenientibus ubique & quasi communis ecclesiæ consensu receptum est, neglecto quoque tenore ejusdem Extravagantis, prout reperitur in Concilio Basileensis Ses. XX. & Lateranensi sub LEONE X. Ses. XI. VAN ESPEN. Tract. sit. Cap. VII. §. 5.

§. LXXII.

§. LXXII.

Itaque, ut quis hodie tanquam excommunicatus sit evitandus, qui excom-
non sufficit centuram ipso jure aut etiam ab hominie per senten-
tiam generalem esse latam, sed requiritur, ut contra *certam personam* excom-
municati finitam
specialiter & nominatim excommunicatio sit lata & publicata,
utque excommunicatus publice, ut talis sit denuntiatus. Excipitur
is, quem constiterit, pro *sacrilega* manuum injectione in clericum
in sententiam latam a Canone incidisse (sup. §. 48. in schol.)
Neque hic simpliciter, sed tum, si factum ipsum, id est, manuum
injectio sit notoria *ut nulla tergiversatione celari*: & si sit *sacrilega* &
violentia adeo notoria, *ut nullo juris suffragio excusari queat*. Cum
autem utraque haec notorietas ex multis factis & circumstantiis
dependeat, simul adparet, quod clerici percussio vix notoria ha-
beri queat, nisi iudex examinatis causae meritis pronuntiaverit.
Quod ergo etiam percussor clerici vix unquam tanquam excom-
municatus vitandus habendus sit, nisi ut talis publice per judicem de-
claratus fuerit,

VAN ESPEN: *Tract. cit. cap. VII. §. 5. 6.*

DE INTERDICTO.

§. LXXIII.

Altera species censuræ & poenæ ecclesiasticae communis est INTER-
TERDICTIONE, quod passim definire solent, quod sit cen-
sura ecclesiastica prohibens usum quarundam rerum sacrarum, ut fidelib-
us communem, quatenus talis est. Illud differre ajunt ab excommu-
nicatione, quia, et si haec quoque prohibeat rerum divinarum usum,
non tamen quatenus usus est, sed prout est quedam communica-
tio cum fidelibus. A suspensione autem distingui, quod haec privet
quidem spiritualium rerum usu, sed non communii fidelibus, verum
solis clericis proprio. Tandem quod dicatur aliquarum rerum divi-
narum ejus hanc esse rationem, quod interdictum non privet om-
nibus rebus divinis, sed illis duntaxat, quæ in jure expressæ sunt

F

&

& modo in jure declarato. Item illud modo pœna, modo censuræ rationem habere, quatenus vel in vindictam delicti commissi, vel ad frangendam contumaciam inferatur, adeoque monitiones canonicas (sup. §. 51.) modo omitti posse, modo præmittendas esse. Hæc satis probant, hanc descriptionem ad ea pertinere, quæ Glossatores & scholastici confixerunt, ut interdictum a poenis canonicas & reliquis censuris distinguerent (sup. §. 37. 38.) nec enim in antiquis canonibus & autoribus has præcisas & determinatas differentias reperies.

Cum interdictio non est confundenda *censatio a divinis*, quæ non est censura, sed quadam pura negatio & omnimoda desilientia divinorum officiorum, nec locum, nec personas immediate officiis ad ostendendam tristitiam, quam ob crimina atrociora sedelium ecclesiæ concipit. Cap. 18. de Sent. excom. in VI. Atque hue spectare exemplum a GREGORIO Turcensi. Lib. VIII. Hisp. Franc. Cap. 31. relatum existimo. FLEURY Inflit. Jur. Eccles. P. III. Cap. XXI. §. 2. Item Hisp. Eccles. Lib. XXXIV. §. 53.

§. LXXIV.

Eius divisiones ex plicantur Interdictum locale, ut est censura, dicitur, quod directe referatur ad locum aliquem sacrum, ne ibi divina officia niant juxta modum a canonibus præscriptum, ideo hoc catu personæ possunt in alio loco sacris assistere cap. de sent. excom. in IV. Personale immediate dirigitur in personam eidemque interdicti certum quemque quod personas sequatur Cap. 16. cit. Huc pertinent probribitus ingressus in ecclesiam. Mixtum adpellatur, quod ex utroque collectum æque directe & personas & locum respicit. Ratione LOCI generale seu universale est, quo subiectur locus plura alia loca continens, uti est regnum, provincias, dioecesis, civitas, castrum, villa. Cap. 10. 17. de sent. excom. in VI. particolare, quod dirigitur in unum locum sacrum, puta unam ecclesiam, vel etiam in plures ut singulis. Cap. 17. cit. Ratione PERSONÆ interdictum generale dicitur, quo communitas aliqua generatim sine ullius in specie expressione premitur. Cap. 16. de sent. excom. in VI. Particulare autem est, si unum aut etiam plures expresso nomine singulorum officiar. Porro hodie nomine interdicti solet communiter interdictum ratione personarum generale intelligi, illudque nihil aliud esse.

esse, quam excommunicationem quandam generalem observavit
DANDIN. ALTESERRA Lib. VI. de jurisd. eccles. Cap. 12.

§. LXXV.

Tanta praxis totas ecclesias & nationes interdicto multandi Origo in
eisque unum divinorum mysteriorum negandi, ob unius forte terdictio-
cujusdam peccata, adeo incognita tuit veteribus, ut S. AUGU-
STINUS Epist. 75. ad Aux. obstupefecerit, ubi Episcopum quem-
dam contra ipsum reum & omnem domum ejus anathematis sen-
tentiam pronuntiassē audieret. Can. I. XXIV. q. III. Quid? quod
& tum a ceniūris in rem ecclesiæ abstinentium esse veteres existi-
marint, si ipsum crimen licet grave sociam haberet multitudinem.
Can. 32. XXIII. q. IV. (sup. §. 55.) Sed inde a Gregorii VII.
temporibus invaluerunt *excommunicationes generales* & interdicta,
ubi excommunicato principe omnes ejus fautores & assecræ, hoc
est, omnes subditi in obedientia perseverantes excommunibantur,
& totum regnum interdicto verberabatur. Nec tantum a roma-
nis pontificibus, sed & tandem ab Episcopis civitates & dioeceses
integram involuebantur generali interdicto, ob violatam præsertim,
ut prætendebant, immunitatem ecclesiasticam. Plura exempla hi-
storia suppeditat, quorum nullum hodiernam interdictorum for-
mam & rationem magis exprimit, quam quod in Synodo Lemovicensi An. 1031. celebrata occurrit, quod ipsum novum & remediu-
um insolitum compeilavit IVO Carnotens. Epist. 94.

BINGHAM. loc. cit. Cap. III. §. 4. FLEURY Inst. Jur. eccles. loc. cit. §. 2. Occasione
interdicti in totum regnum & terras Galliae tempore PHILIPPI II. per
INNOCENTIUM III. lati conditæ sunt decretales in Cap. 1. & 2. de postulat. Cap.
7. de off. legas. Cap. 47. de appealat. Eorum errorem, qui vel S. BASILIUM Epist.
244. vel S. AUGUSTINUM ex dubio can. 17. q. P. IV. interdicta adhibuisse putant,
refutavit VAN ESPEN Tract. cit. cap. IX. §. 3. Item in 7. E. V. III. Ist. XI.
cap. 10. §. 17.

§. LXXVII.

Attento primævo horum interdictorum rigore in omnibus Ecclesiis subjectis, omnia plane divina cessare jubebantur,
ipso populus usu divinorum officiorum & Sacramentorum & in-
structionum privabatur; sed experientia docuit funestos hujus rei
effe-

effectus. Innocentes loco nocentium plectabantur, & tandem omnes, tantæ ignominiae impatientes, in seditiones ac vim publicam accendebantur. Igitur varii pontifices istum rigorem temperarunt, quia ex distinctione bujusmodi statutorum excrevit indevotio populi, pullulant heres & infinita pericula animarum insurgunt, ac ecclesias sine culpa earum debita obsequia subtrabuntur cap. 24. de sent. excom. in VI.

Refert Glossographus ad cap. cit. Audiri, ait, de quodam loco in Marchia, quod tanto tempore steyerat interdictum, quod facta relaxatione homines 30 vel 40 annorum, qui nunguam audierant Missam, deridebant sacerdotes celebrantes. Mirum sane non erit, quod rariores his postremis temporibus fuerit interdictorum generalium usus. Neque enim de ullo a romanis pontificibus positio constat post illud, quod PAULUS V. an. 1606. contra REMPUBLICAM VENETAM evulgavit ob violatam, ut ajunt, immunitatem & libertatem ecclesiasticam. Bulla integra extat ap. Goldasti. Tom. III. Monarch. Rom; Imp. Subiungitur ibidem decretum Ducis Veneriarum anno eodem omnibus Patriarchis, Archiepiscopis aliisque ecclesiasticis sub dominio Reipublicæ Venetæ existentibus, quo declarat predictam Bullam: non modo, ut iniustam indebitamque, verum etiam ut nullam, nulliusque valoris aquae momenti habendam esse; atque ita invalidam, irritam & fulminatam illegitime. & de facto, nullaque Juris ordine servato, ut ea remedio adhibenda nos auferimus, quibus mores nostri, & alii supremi Principes usi sunt cum Pontificibus, qui potestatis libri a Deo in adificationem tradita limites ac modos egressi faveant.

§. LXXVII.

Zorundem Et quidem placuit 1) ut posito licet generali interdicto Baptismus parvolorum & penitentiae morientium possint celebrari cap. 11. de tempora. **maentum.** sponsi. & sacrum viaticum morientibus subministrari cap. 24. de sent. excom. in VI. Permissum est 2) tempore interdicti populo prædicari verbum Dei & parvulis dari Sacramentum confirmationis. Cap. 43. de sent. excom. cap. 19. eodem in VI. Dein 3) regularibus id indulsum novimus, ne interdicto generali & ipsi involuti intelligerentur, quibus in suis ecclesiis divina officia, sed clausis januis & sine canta ac campanæ pulsu peragere licuit. Cap. 11. de penit. Dernum 4) BONIFACIUS VIII. in cap. 24. de sent. excom. in VI constituit, ut singulis diebus in ecclesiis & monasteriis missæ celebrentur, & alia dicantur divina officia sicut prius: submissa tamen voce & januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis & campanis etiam non pulsatis . . . In festivitatibus vero Natalis Domini, Paschæ ac Pentecostes & assumptionis Virginis gloriose, campanæ pulsentur, & januis apertis alta voce divina officia solenniter

niter celebrentur, excommunicatis proorsus exclusis, sed interdictis admissis.
Quod idem privilegium habetur in festo Corporis Christi & per t. tam
octavam ex constitutione MARTINI V. INEFFABILE & EUGENII
IV. EXCELLENTISSIMUM.

Reliqua, quæ de causa justa excommunicationis (supr. §. 49.) de modo & forma ferendi
cam (sup. §. 58.) item quod sit vel juris vel hominis (sup. §. 48.) quodque de
censuris iustis diximus (sup. §. 63. etiam interdicto, quatenus est censura, com-
munia sunt.

DE MULCTA PECUNIARIA.

§. LXXVIII.

Puissimus ille, qui per XI. fere saecula duravit, utriusque fori interni
& externi nexus (lib. V. §. 258.) id quoque conlectarium pro- §.
MULCTA
PECUNIARIA.
duxit, ut poenæ ecclesiasticæ rationem poenitentiarum potius, quam paenarum habere viderentur. Mirum itaque non est, quod sacerdo-
tes eleemosynarum elargitionem poenitentibus tum imponere con-
sueverint. Constituto dein foro ecclesiastico mere externo (ibid. §.
259.) eadem poenitentia opera ab ipsis officialibus & judicibus eccle-
siasticis per modum poenæ ad vindictam publicam delictorum irro-
gari, & judicialiter decerni coepcrunt: atque hinc *pœna pecuniaria* in
forum ecclesiasticum intrarunt, quas cum ecclesiastica jurisdictioni
minus convenire dixisset Petrus Cunierius (Lib. V. §. 282. in Ichol.)
et Bertrandus Episcopus confidenter respondit: *ex quo liuet sententiam
excommunicationis apponere, quæ est major, licet etiam apponere pœnam
pecuniariam, quæ est minor.*

§. LXXIX.

Aliter Patres Africani judicarunt, & cum probe scirent, poenas Qua ratio-
ne in judi-
cisi eccles.
invaluerit.
five pecuniarias five corporales aliasque civiles (Lib. V. §. 246.) non
nisi ab imperio civili irrogari posse, ideo in CONCIL. CARthag-
NENS. V. de An. 401. decreverunt: *Et illud petendum, ut statuere dig-
nus*

nentur (Imperatores) ut si quis cuiuslibet honoris clericus judicio episcoporum quoquaque criminis fuerit damnatus, non liceat eum sive ab ecclesiis, quibus praefuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pena DAMNI PECUNIAE ATQUE HONORIS, quo nec etatem nec sexum excusandum esse praecipiant, Scilicet, uti adverterit PETRUS DE MARCA in opusc. de vet. collect. canon. Cap. VIII. §. 6. lex petenda erat ob civilem pa-ram, que ab ecclesia infligi non poterat, sed tantum canonica.

Ita igitur hic canon in COD. CANON. ECCLES. AFRICAN. can. 62. ap. VOGEL & JU-
STELL. in Bibliothec. Qur. Canon. vet. Tom. I. fol. 362. & ap. HARDUIN Tom. I.
col. 898. vid. lib. V. §. 247. seq.

§. LXXX.

Idem.

Retulit hanc canonem GRATIANUS in can. 3. XXII. q. V.
sed Pseudo-Isidori manu omnino depravatum. Nulla hic Imperatorum mentio, nulla legis civilis petitio, quasi pecunia & honoris statutam ipsi Concilii Patres sanxissent. Hac autoritate decepi judices ecclesiastici poenias pecuniarias & civiles eo frequentius usurparunt, & eo magis variatam judicij ecclesiastici conditionem (sup. §. 78.) attendere neglexerunt. Inde etiam in pontificum decretalibus frequens poenæ pecuniariæ mentio occurrit. cap. 18. de off. jud. ordin. cap. 4. de rapt. cap. 2. de pœn. ita tamen semper, ut in ejus impositione judices ecclesiastici omnem avaritiae & propriæ cupiditatis suspicione avertire studeant. Cap. 3. de pœn. cap. 13. de off. jud. ordin.

Exstat quoque canon. cit. Concil. Carthag. V. ap. HARDUIN. Tom. I. Col. 987. sub numero
Can. 2. sed eodem modo corruptus: *Viximus est Collectorio veteri (inquit PETR. DE MARCA loc. cit.) ut canonem ipsum secundum in sua collectione locaret, constitutendo synodi auctoritate, quod postulandum erat a principe. ET ILLUD STATUENDUM, inquit. & cetera subiungit: unde factum crediderim, ut plures media etatis pontificum constitutiones damno honoris & privatione dignitatum officiendos jubeant, qui suis decretis reluctati fuerint.*

§. LXXXI.

QuidCon-
cil. Tri-
dent. de ea In quorum sententiam CONCIL. TRIDENT. disertiss. con-
stituit, liceat judicibus ecclesiasticis, si expedire videbitur, in causis civili-
tatis querit. bus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quocunque
etiam laicos per multas pecuniarias, que locis piis ibi existentibus eo ipso
quod exactæ fuerint, assignentur, sive per captionem pignorem personarum-
que

que distinctionem per suos proprios aut alienos executores faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum aliaque juris remedia procedere & causas definire. *Sess. XXV. cap. 3. de reform.*

Vid. *Sess. XXII. cap. 1. Sess. XXV. cap. 14. de reform.* Add. *Lib. V. §. 257.*

DE SUSPENSIONE.

§. LXXXII.

Disciplinam ecclesiæ hactenus spectavimus, prout omnia ejus membra afficit. Nunc considerandum nobis est, esse quasdam penas & penæ clericis peculiares & quasdam censuras eorum officio & functioni ita proprias, ut illis solis infligi possint, non autem laicis. Has inter est ^{ex II.)} SUSPENSIO, quam definire solent, quod sit censura seu poena ecclesiastica, qua clero potestatis ecclesiastica, quam habet ratione officii priæ: aut beneficii, exercitium interditur. Dicunt autem eam distingui ab excommunicatione, quia licet hæc quoque privet usu potestatis ecclesiasticæ, id tamen non contingat, quasi per se privationem illam iurium ratione officii vel beneficii competentium intenderet, sed quod communicationem cum fidelibus & per consequens usum potestatis clericalis auferat. Porro eam vel per modum censuræ vel per modum pœnitentiæ infligi, idque manifestum esse, si suspensio in certum ac determinatum tempus & ad puniendum delictum commissum, & non ad scelesti pertinaciam frangendam concepta sit (sup. §. 73.) cuius exempla CONCIL. TRIDENT: *Sess. XXII. cap. 8. & 10. de reform.* exhibet. Sed nimiam hanc subtilitatem ignorabant veteres, qui de suspensione eodem modo ac de depositione aliisque penis canonicas loquebantur. (sup. §. 39.)

§. LXXXIII.

Plures suspensionis gradus assumi posunt. Est enim vel *localis*, *Cujus verba
si certo in loco functiones suas obire clericus prohibetur: vel per
localis, si in omnibus locis.* *Dividitur quoque in eam, quæ est ab
officio* ritus sunt
species

officio & eam, quæ est a beneficio. Per illam privatur clericus omni usu & ordinis & jurisdictionis spiritualis cap. 1. de sent. & iudic. in VI. Hec autem possessorem beneficii impedit in percepcione fructuum eidem ratione officii competentium. Igitur suspensio modo generalis & totalis esse potest, modo partialis & ad certos actus restricta. Gloss. ad cap. 3. de pœn. in clem. Cumque dubitare soleant, num ab officio simpliciter suspensus idem quoque fatum debeat ratione beneficii experiri, ideo receptus est stilus: ab officio & beneficio suspensus. Ceterum ad ea tantum, quæ clericis propria sunt, & quidem jure ordinario, & non ad ea, quæ & passim a laicis obeuntur, aut quæ jure delegato a clero exercentur, suspensio extenditur.

VAN ESPEN Tract. cit. cap. X. BINGHAM loc. cit. lib. XVII. cap. I. §. 4. §. cap. IV. §. 3. 4. 10.

§. LXXXIV.

*Communi-
o nio pere-
grina
quid sit?*

Suspensioni non absimilis est illa clericorum poena, quæ sub nomine *Communionis peregrina* in antiquis canonibus occurrit. CONC. REGENS. can. 3. AGATHENS. can. 2. 5. ILERDENS. can. 15. ad quam intelligendam observandum est, antiquam disciplinam in admittendis peregrinis præcipue clericis, qui ad extranciam quamquam ecclesiam venirent, omnino severam fuisse; ne forte in communionem reciperentur haeretici, schismatici vel homines excommunicati & scelesti. Quocirca literis commendatitiis, quas modo formatas adpellamus; destitutis sacrorum communio penitus denegabatur tanquam suspectis quoddam modo: nec tamen penitus rejiciebantur, excepti enim benigne consueverant, & sumtibus ecclesiarum ali nullo prætermisso humanitatis officio, donec ejusmodi literæ ab ecclesia, unde venerant, possent procurari. CAN. APOST. 32. Hæc erat *Communio peregrina*, quæ ab initio & advenarum intuitu non erat genus poenæ. Si vero cum clericis in sua ipsorum ecclesia eodem modo agebatur, ac si peregrini forent, si sui ordinis exercitio carere debebant tamdiu, donec per condignam poenitentiam officium & stationem possent recuperare, id sane poena erat titulo reductionis clericorum ad *Communionem peregrinam* olim celeberrima.

BINGHAM

BINGHAM. loc. cit. lib. XVII. cap. III. Prohibent canones aliquem ordinari, qui dum laicus esset, paenitentiam publicam egerat, & clericos, qui ad eam reducti fuerunt, in antiquam dignitatem restitui idem prohibent. (intr. §. 87.) quomodo igitur dici potest, quod communio peregrina clericis permittat officium & dignitatem suam penitentiae beneficio recuperare? Respondeat BINGHAM. loc. cit. §. 9. canones, qui clericos post actam paenitentiam in officium restitui prohibent, de publica loquuntur paenitentia: aliis autem canones, qui reos restitui permittunt, de privata tantum.

CONCIL. TOLETAN. I. CAN. 2.

DE IRREGULARITATE EX DELICTO.

§. LXXXV.

Non uno in loco S. PAULUS Apostolus clericos irreprobensibiles & sine crimine esse voluit, ad Tit. I. 7. I. ad Tim. III. 2. 10. cuius canonem secuti SS. Patres a sacris ordinibus eorumque usu excludendos esse eos censebant, qui non essent sine crimine. Inde IRREGULARITAS ex delicto descendit, quam nec censuram, nec penam ecclesiasticam, sed impedimentum tantum canonicum esse Theologi & Canonistæ scholastici (sup. §. 40.) pronuntiant. Nobis autem videtur, quod sit poena canonica (Lib. V. §. 246.) directe privans jure ecclesiasticos ordines suscipiendi aut susceptos exercendi.

(2.)
IRREGU-
LARITAS
ex delicto.

De Irregularitate in genere, & in specie de ea, quæ ex defectu oritur, suo loco scilicet INSTITUT. NOST. P. II. lib. I. Tit. XVII. seq. actum est.

§. LXXXVI.

Definitioni nostræ addendum fuit DIRECTE privans susceptio- ne ordinum aut susceptorum usū, ne receptam censuram trigam finiti ex turbare aut ab usū loquendi recedere videamus (sup. §. 40.) Ita plicatur. enim inquiunt: licet censura etiam impedit ordinum susceptionem & usum, non tamen directe & primario ad hoc infligitur, sed per consequentiam tantum. Ut ecce, censura impedit ordinum functiones aut quatenus sunt communicatio quædam fidelium, ut excommuni-

G

nicatio,

nicatio, aut quatenus sunt officia quædam ecclesiastica, ut suspensio,
aut quatenus sunt usus Sacramentorum, ut interdictum. At sola
irregularitas direc̄te eas impedit, quatenus illæ functiones specialiter
spectant ad exercitium ordinum.

§. LXXXVII.

Ei-olim tam pub- occultis criminibus statuebant. Et quidem graviora crimina omnia, lica quam quæ pœnitentia publica subjecta fuisse diximus (sup. §. 6.) auto- occulta crima- res suos irregulares faciebant adeo, ut etiam post peractam pœnitenti- obnoxia erant. iam non solum ab ordinibus suscipiendis, sed & a susceptorum usu in perpetuum exclusi haberentur, nisi magna ecclesiæ utilitas aut ne- cessitas aliud expostularet can. 9. 10. 11. Dist. 50. CAN. APOST. 61. non quod pœnitentia, sed crimen, ob quod pœnitentia agebatur, ipsis aditum præclusisset. Unde can. 68. CONCIL. CARTHAGI- NENS. IV. Ex pœnitentibus quantumvis sit bonus, clericus non or- dinetur. & can. 2. CONCIL. TOLETAN. I. Placuit, ut pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus ex- egerit.

VAN ESPEN Tom. II. Differt. de Inst. & Off. Canon. P. II. Cap. II. §. 1. 2. 3. MORIN. loc. cit. lib. V. cap. 18. Sed quomodo pœnitentia publica ordinum susceptorum usu priare clericos potuit, cum eitum sit, quod saltim saeculo IV. & sequentibus cle- rici in majoribus ordinibus constituti pœnitentia publicæ subjecti non fuerint? OPTAT. MILEVITAN. Lib. II. contr. Donatij. LEO epist. 92. ad Rust. cap. 2. Hoc de iis intelligendum est, qui vel sponte pœnitentiam canonicam amplexi sunt, uii Natalis episcopus ap. EUSEB. Lib. V. cap. ult. vel propter atrociora crimina ecclesiæ communione penitus exturbati alia via redire non poterant. Tandem nihil obstat, quo minus a legibus publicæ pœnitentiae etiam soluti nihilominus irregularitatem incurrent.

§. LXXXVIII.

Sed quid? Canones præcipiunt, illos sacerdotes lapsos ad pristinos gradus redire, quos pœnitentia præcessit satisfactio vel con- ciatum fit. digna peccatorum confessio can. 28. Diff. 50. can. 16. ibid. Errant enim, qui putant domini sacerdotes post lapsum, si condignam ege- rint pœnitentiam, domino ministrale non posse & suis honoribus non frui can. 14. isti. Verum sublestæ fidei sunt hi canones, quibus Gratianus, ut eos cum genuinis antiquæ disciplinæ monumentis

cor-

conciliaret, pro more suo hanc distinctionem adhibuit: quorum
crimina MANIFESTA sunt ante vel post ordinationem, a Ss. ordinariis
dejiciendi sunt: quorum autem peccata OCCULTA sunt &
SATISFACTIONE SECRETA secundum sacerdotis edictum pur-
gata, in propriis ordinibus remanere possunt. GRATIAN. post
can. 32. dist. 50. quæ distinctio passim recepta est & in ecclesiæ com-
munem disciplinam transit can. 34. ibid.

VAN ESPEN. *Dissert. cit. P. II. cap. II. §. 4. §. 6.*

§. LXXXIX.

Itaque juxta modernam disciplinam crimina publica & man- Hodie
festa pristinæ irregularitati obnoxia manent, in occulta, hoc est, illa, criminis
quæ judicialiter probari non possunt, prolapsi saltem tamdiu irre- publicæ
gularitate pro foro pœnitentiali interno laborant, donec condignam tantum
sceleris pœnitentiam egerint cap. 4. de cleric. conjug. cap. 2. de cler. & in iure
non ordin. minist. quid? quod etiam ea peracta aliquando non tol- notata eam
latur, dum adhuc dispensatione opus esse CONCIL. TRIDENT. incurruunt.
Sess. XXIV. cap. 6. de reform. disserte edixerit. Ceterum ea tantum
crimina manifesta hic pertinent, quicis canonies speciatim irregulari-
tatem statuant cap. 18. de sent. excom. in VI. quæ nec tunc centetur
contracta, si crimen non plene fuerit consummatum. Si autem con-
stet, alicui delicto eam annexam esse, in dubio tenetur quis pro
irregulari se gerere & ab ordinum susceptione, vel eorum functione
stante dubio abstinere, cum in dubiis semitam debeamus eligere tu-
tiorem. Cap. 12. de homicid. cap. 5. de cler. excom. minist.

VAN ESPEN. *Tom. I. P. II. Tit. X. Cap. I. Idem Dissert. cit. §. 8. 11.*

§. XL.

Silentio præterire non possum insignem differentiam, quæ est Duplex
inter irregularitatem ad ordines suscipiendos, & eam, quæ privat irregulari-
susceptorum usu. Illa enim criminis quomodounque occultum tatis ratio
affici nihil repugnat, cum admissio ad sacros ordines gratia sit & ab attenda-
Episcopi arbitrio dependeat, ut ejus denegatio poena negativa solum da ost.
non inepte dici possit. Hæc vero proprie poena est, & ideo non nisi
ob delictum (Lib. V. §. 243.) & adhibito ordine judiciario infligi

potest. Quare CONCIL. TRIDENT. statuit: „Cum honestius, ac
tutius sit subiecto, debitam Praepositis obedientiam impendendo, in
inferiori ministerio deservire, quam cum Præpositorum scandalô gradu
rum altiorum appetere dignitatem, ei cui ascensus ad sacros ordines
a suo Prælato, ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen quo-
modolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus; AUT qui a
suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit su-
pensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessâ licentia de
se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates,
sive honores, restitutio suffragetur. *Seff. XIV. 1. de reform. add. cap.*
7. ibid.

VAN ESPEN Iur. iur. Tit. X. cap. VI. § 27. Quod autem diximus (sup. §. 87.) delictis
etiam occultis irregularitatem totalem olim inflictam esse, æque ac publicis, id eo
tempore factum est, quod fori interni & externi distinctio adhuc ignota erat (Lib.
V. §. 258. 259. 281.)

DE DEPOSITIONE ET DEGRADATIONE.

§. LXI.

*2. DEPO-
SITIO.* Depositio est perpetua remotio clerici vel ab ordine *cap. 4. de Jus.*
vel a jurisdictione *cap. 4. de cleric. excom. minist.* vel a beneficio
cap. 13. de vit. & honest. cleric. salvo manente statu & dignitate clericali *arg. cap. 10. de Jus* ad ultimam speciem pertinet *privatio beneficij*, quæ ultra privationem possessi ad idem & alia beneficia obtinen-
da inhabilitatem inducit. Hæc poena cum suspensione (sup. §. 82.)
non est confundenda, nam & natura sua perpetua est, & sine remis-
sionis spe infertur, atque officio aut beneficio ita privat, ut sine nova
collatione & titulo nullus pateat redditus, quod tamen neque tunc
contingit, et si suspensio a beneficio sit perpetua, adeoque cum ejus
amissione ipso jure conjuncta. Relaxata enim suspensione beneficium
sine nova collatione retinetur.

Wiesb.

WIESTNER ad Tit. de Pœn. Artic. V. Antiquus est hujus pœnae usus, quæ medium quod-dam erat inter temporariam suspensionem & perpetuam degradationem. Exempla sunt in CONCIL. ANCYRAN. Can. 1. 2. NICÆN. Can. 8. S. BASIL Can. 27. 70. Add. BINGHAM. loc. cit. cap. IV. §. 1.

§. LXLI.

Prima sœcula depositionis & degradationis vocabulo prōmisce utuntur. Quidam enim canones clericum condemnatum degradari, DEGRA-
privari & ab officio suo removeri Concil. Cartbaginens. IV. can. 48. 49. 50. DATIO &
alii omnino deponi, omnino de proprio gradu dejici, ab ordine cleri amo- quid fuerit
veri Concil. Antochen. can. 5. Epesin. can. 6. Arelatens I. can. 13. communio
& ad communionem laicam reduci jubent. Evidem communio laica
in laico non erat pœna, sed beneficium maximum: in clero autem
una de gravissimis pœnis erat redūctio ad communionem laicorum, per
quam potestate officii sui & dignitate clericali omnino privabantur,
& ad statum & simplicem conditionem laicorum reducebantur can.
13. dist. 55. can. 52. dist. 50. ita, ut seposito privilegio, quod antea
illis competebat, nunc pertineant ad forum sœculare in causa civili
& criminali sine ulla spe amissam stationem iterum recuperandi. In
quo distinguitur hæc communio laica a peregrina (sup. §. 84.) cum
ista retinebat clericum in ordine cleri, laica vero illum ab eo ordine
depellebat etiam peracta pœnitentia nullatenus restituendum.

BINGHAM. loc. cit. Cap. I. §. 6. & cap. II.

§. LXLIII.

Hæc sane pœna erat clericorum gravissima; quæ enim delicta pœna cle-
in laicis excommunicatione, ea in clericis ordinarie depositione co- ricorum
ercebantur. Concil. Epesin. can. 6. & id quidem ideo, quod non de- gravissima
ceat nec expedit ob idem peccatum dupli pœna aliquem multare.
Quare in Can. Apost. 24. cautum est: „Episcopus aut presbyter aut
diaconus in fornicatione aut perjurio aut furro deprehensus deponi-
tor, non tamen a communione excluditor!“ dicit enim scriptura: bis
de eodem delicto vindictam non exiges.“ Tum primum depositioni
formalem excommunicationem ecclesia addidit, & depositis ipsam
communionem laicam negavit, si atrociora subessent crimina, iि-
que in contumacia & mentis obstinatione persisterent. Can. Apost.

27. 28. Concil. Sardicens. can. 1. 2. Qua ratione ARIUS, & multi alii hæresiarchæ non minus anathemate & excommunicatione, quam dejectione de honoris gradu mulctati sunt.

Ad intelligendos plures antiquos canones animadventenda hic est peculiaris notio *communis ecclesiastica & excommunicationis ecclesiastica*, ut clericis adplicata. Clerici enim excommunicati dicebantur, si potestate exercendi functionis sua officia essent exuti & talis excommunicatione non semper arguebat, quod omni prorsus communione ecclesiæ essent exturbati, sed clericorum tantum communione. BALSAM. in can. 16. Concil. Nican. ZONAR. in can. eund. Et ita explicandi sunt CANON. APOST. 42. 55. 56. BINGHAM. loc. cit. cap. I. §. 1. 2. 3. cap. II. §. 6.

§. LXIV.

Eft depositio & degradatio. Est igitur *degradatio* poena ecclesiastica, qua clericus non tantum beneficio & exercitio ordinum can. 33. diff. IV. de consecratio. sed ipso etiam statu & dignitate clericali privatur cap. 10. de Jud. Ea toties opus est, quoties clericum tanti criminis reum esse constat, ut poenam mortis aut truncationis membrorum mereatur. cap. 4. de Rapt. Hanc enim exequitur judex sacerdotalis (Lib. V. §. 249) cui antequam tradatur clericus dignitate clericali spoliari debet Novell. 83. in præf. §. 2. quod cum per sententiam judicis promulgatur, degradatio verbalis dicitur: *realis* autem per executionem sententiae in re & opere ipso perficitur. cap. 2. de pæn. in VI.

§. LXV.

Causa degradationis. Causa degradationis, utpote gravissima, in synodo Episcoporum tractari olim solebat, (Lib. V. §. 251.) Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Can. 7. XV. q. VIII. quod præcipue obtinebat per modum appellacionis, si presbyteri aliive clerici de Episcopi sui sententia querentur. Concil. Nican. can 5. Sed quia difficile videbatur in causis singulorum synodus Episcoporum celebrare, cautum est secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrit, & fuerit nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a XII. Episcopis audiatur, & presbyter a VI. Episcopis cum proprio suo Episcopo audiatur, & diaconus a tribus, can. 4. XV. q. VII. atque hanc judicij solemnitatem non obstante can. 61. XI. q. III. in pri-

prima etiam instantia necessariam esse communis Canonistarum opinio tradidit.

§. LXVI.

Successu quidem temporis omnis jurisdictio contentioſa ad Expressum Episcopum ejusve officialem devoluta est (Lib. V. §. 251) scripto & ita etiam potestas deponendi clericos. Sed Episcoporum praesentia certo numero canonibus definito (sup. §. præced.) ad solennem degradationem semper requirebatur cap. 12. de pan. in VI. quod coram Episcoporum numerus requiritur: quos si omnes adhibere difficile esset, cum iterum difficultate non careret, & crimina plura enormia non satis vindicari, germaniae praesertim principes, conquesti eſtent, CONCIL. TRIDENT. statuit: „Cum vero tam gravia non nunquam sint delicta, ab ecclesiasticis commissa personis, ut ob eorum atrocitatem e sacris ordinibus deponenda, & curiae sint tradenda seculari: in quo secundum sacros canones certus Episcoporum numerus requiritur: quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differetur; si quando autem interyenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit & decrevit Episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem, & per se ipsum etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum praesentia, in numero a canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem abbatibus, usum mitrae & baculi ex privilegio apostolico habentibus, si in civitate aut diocesi reperi & commode interesse possint, alioquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ etate graves, ac juris Scientia commendabiles existant.“ Seſſ. XIII. cap. 4. de reform.

Iude concludit VAN ESPEN P. III. Tit. XI. cap. 1. §. 55. personas ab Episcopo assumentas non tantum ad solennitatem, sed ut una cum Episcopo causam ipsam cognoscant, requiri, ne frustra juris scientiam in iis Concilium exigere videatur.

§. LXVII.

Degradationi, quæ olim uti excommunicatio (sup. §. 58.) Forma de-abs-gradatio-nis.

absque certa formula expediebatur, postea ceremonia plures ad terrorem adiectæ sunt, quas recenset BONIFACIUS VIII. in cap. 2. de pœn. in VI. Clericus degradandus, vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solemniter ministrare, ad Episcopi præsentiam adducatur: cui Episcopus publice singula, sive sint vestes, calix, liber, seu quevis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ad Episcopatum fuerint tradita seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat ultimo inchoando, & descendendo gradatim, degradationem continuet usque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ; tuncque radatur caput illius seu tondeatur, ne tonsuræ seu clericatus vestigium remaneat in eodem.

§. LXVIII.

Idem

Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolatæ dicendo presbytero hæc vel similia verba in remotione planæ: auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus. Sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens in ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infra scripto vel alio simili modo pronuntiet sive dicat: auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, ipsolamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & privilegio clericali,

§. LXIX.

Quomodo degradatus curia seculari tradatur. Eandem degradationis formam Pontificale Romanum sub TIT. degradat. forma exhibet ubi etiam additur si fuerit talis casus, quo degradatus tradi debeat curia seculari, pontifex degradator degradatum amplius non tangit, sed in hunc modum contra ipsum pronuntiat, dicens: Pronuntiamus, ut hunc exutum omni ordine & privilegio clericali, curia secularis in suum forum recipiat degradatum. Dein hanc ad evitandam irregularitatem cautelam subministrat: Tum Pontifex degradator efficaciter, & ex corde omni instantia, pro

pro miserrimo illo derelicto intercedit, apud judicem secu-
larem, ut circa mortis periculum, vel mutilationis contra de-
gradatum sententia moderetur, dicens, Domine Judex, rogamus
vos cum omni affectu, quo possumus, ut amore Dei, pictatis &
misericordiæ intuitu, & nostrorum interventu precaminum, mi-
serrimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis.
Quo facto (ait pontificale) ministri curiæ secularis degradatum sub
sua custodia recipiunt, & discedunt.

Vid. Cap. 27. de V. S. cap. 2. de homicid. in VI Add. VAN ESPEN Trm, I. P. II. Sect.
I. Tit. X. Cap. IV. §. 9. 10. 11. Hæc phrasis curia tradi sentum in antiquis legi-
bus habet omnino diversum ab eo, quem usus & praxis recentior ei tribuit. Curia
enim tradi dicebantur clerici, si ob crimen aliquod officio dejecti & ad conditionem
laicam reduci curia seu civitas sua societati servire cogebantur L. 39. eod. Theod.
de episc. & Cler. Novell. 123. cap. 14. Novell. 5. cap. 6. eodem fere modo, quo
liberi naturales per oblationem curiæ legitimorum jura acquirebant. L. 3. 4. 9. eod.
de nat. lib. BINGHAM. loc. cit. cap. II. §. 8.

§. C.

Quodsi judex secularis degradato sibi tradito gratiam faciat,
aut depositio non subsecuta traditione facta sit, Cap. 6. de pen-
tum Canones jubent, ut in districto clauistro vel monachorum vel ca-
nonicorum regularium, si fieri potest, recluantur depositi cap. 6. §. 7.
de homicid. idque vel ad certum tempus vel in perpetuum. Can. 7.
Dist. 50. ut ibi peccata lugeant & ulterius non committant. Can. 7.
Dist. 81. Si vero hoc fieri causa qualibet prohibuerit, ubicumque sint,
penitentiam agere non desistant Si autem amissio gradu seculariter vi-
vere voluerint, & penitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ commu-
nicione separantur. Can. 8. ibid.

DETRO-
SIO in mo-
nastrerium

Hujus detrusions meminit JUSTINIANUS in Novell. 113. cap. 20. & S. GREGOR. Epist.
27. & 40. lib. III. Sed ha in monasteria detrusiones ea atate non imponebantur
in vindictam publicam criminum, nec incarcerationis loco (sup. §. 78.) verum per
modum penitentiae. Testantur autores usum hujus poenæ ob varias difficultates
omnino a foro recessisse: ZECH. de Jud. eccl. Sect. II. Tit. X. §. 130. Solent ca-
men hodie adhuc Episcopi Clericis suis non raro injungere, ut se ad tempus in mo-
nastrerium aut seminarium Clericorum retrahant, ibique certa penitentiae exercitia
in peccatorum expiationem & vita emendationem subeant.

H

§. Cl.

§. Cl.

Verum, postquam Episcopi Jure carcerum ex indulgentia
CARCER principum uti cœperunt (Lib. V. §. 256. & 274.) forique distinctio
pœnarum & pœnitentiarum confusionem induxit, (sup. §. 73.) ul-
terius progressi sunt, & Clericos incorrigibiles, qui nec in mo-
nastryis valent custodiri, Cap. 35. de Sent. excom. aut alias crimi-
minum atrociorum reos. Cap. 27. de V. S. carceribus in pœnam man-
cipari posse ac debere constitutum est. *Quamvis ad eorum custodium,*
non ad pœnam carcere specialiter deputatus esse noscatur; (l. 8. de pen.)
nos tamen non improbamus, si subjectos tibi Clericos, Confessos de cri-
minibus seu convictos (eorum excessibus & personis ceterisque circumstan-
tiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum vel ad tempus, prout vi-
deris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam. C. 3. de pen.
in VI. At vero hanc potestatem suis limitibus circumscribere, &
in regularium & monachorum præsertim carcere sculam inspectio-
nem exercere, quam necessarium sit, quam proprium imperantium
officiis, omnes vident, & tristis experientia condocet?

§. CII.

6) POENA VERBE RUM. Idem fere de pœna verberum & flagellorum observandum est.
Eam sane in judicis ecclesiasticis jam dudum tanquam disciplina
partem ad corrigendos inferiorum ordinum clericos adhibitam fu-
isse negari non potest. Can. 9. Dif. 35. Can. 6. XI. q. I. Nov. 123.
Cap. 20, an etiam adversus laicos, non ita liquet. Verum quid-
quid sit, id satis certum est, virgas & flagella pœnitentibus tan-
tum cum respectu ad forum sacramentale CONCIL. BRACA-
RENS. Cap. 7. ap. HARDUIN. Tom. III. col. 1034 ap. GRATIAN.
Can. 8. Dif. 45. & magna cum moderatione illata esse, paternæ ad
instar correctionis, qua parentes in filios. & magistrorum liberalium arti-
um in discipulos uti consueverunt S. AUGUSTIN. Epist. 133. ad
Marcellin. ap. GRATIAN. Can. 1. XXIII. q. V. Inde tamen, nulla
habita ratione judicis ecclesiastici penitus mutati (sup. §. 78.) con-
cludere non dubitarunt, ad jurisdictionem ecclesiasticam omnino
spectare jus verbera & flagellationes aliasque pœnas corporis affli-
ctivas decernendi, manum armatam tenendi, quæ executioni pœ-
narum temporalium deserviat, quas extra sphæram potestatis ec-
cle-

clericalis & spiritualis minime esse constanter tradunt. Verum hoc
eo tantum valet, ut viris eruditis risum moveat.

Quare per arrestum Parlamenti Parisiensis de an. 1562, ad conclusionem Advocati fiscalis
recte dictum fuit, male & abusive judicasse officialem condemnando aliquem ad fu-
stigationem publicam inhibitione facta omnibus officialibus & judicibus ecclesiasti-
cis similes poenas imponere. VAN ESPEN. loc. cit. cap. I. § 44. Add. BINGHAM.
loc. cit. § 12. Ex his respondendum erit ad ea, quies P. SCHMIDT. in Institut. Jur.
eccles. Tom. IV. cap. I. § 2. & 3. probare conatus est, potestatem ecclesiarum compe-
tere penitus etiam temporalibus reos coercendi. Add. lib. V. §. 249. in schol.

§. CIII.

Inter poenitentias & poenas ecclesiasticas saepius quoque occur-
rit recessus ex propria patria & loco, quo quis peccavit, in alium; POENA
cum in finem impositus, ut vel occasio peccandi vitaretur, vel RELEGA-
scandali periculum populo adimeretur, aut etiam ut extra patriam TIONIS
& sibi familiarium conspectum facilius poenitentia susciperetur. Can. LII. ET EXI-
9. dist. 81. qua ratione clericos a sua dioecesi, quam factis pessimis
de honestarunt, amandari ab Episcopis post cap. 3. de crim. fals. &
hoc sensu poenam relegationis aut exilii inter poenas ecclesiasticas
connumerari nihil repugnat. Poena enim veri & civilis exilii non
nisi a maiestate in quemquam statui potest. Quodsi aliquis ista omnia
contenserit & Episcopus minime emendare poterit REGIS JUDICIO
EXILIO damnetur. Concil. Antioch. can. 4. ap. HARDUIN. Tom. III.
col. 1996. addidit quidem RAYMUNDUS in cap. 2. de cler. excom. ad
requisitionem ecclesiae, sed semper verum manet, poenam exilii per
secularum tantum potestatem decerni posse cap. 10. de judic. Quodsi
ita interpreteris can. 9. III. q. IV. can. 3. III. q. V. can. 23. dist. 63.
cap. I. de calumna nos plane conscientes habebis.

VAN ESPEN loc. cit. cap. I.



50

DE
ABSOLUTIONE ET DISPENSATIONE
A
CENSURIS ET POENIS ECCLE.
SIASTICIS.

§. CIV.

Per absolutionem censuræ tolluntur. Et quidem censuræ temel contractæ non ipso facto per emendationem aut quamlibet satisfactionem, sed per Absolutionem tantum tolluntur Cap. 28. de Sent. excom. quæ juxta receptam fori ecclesiastici distinctionem vel pro foro interno & pœnitentia, vel pro foro externo conceditur (Lib. V. §. 259.) ita, ut quævis absolutio effictum in suo solum foro, pro quo data est, producat, adeoque absolutione obtenta in foro pœnitentia vigore Jubilæi alteriusve gratiæ in foro externo nihil proficit. Cumque is, qui habet clavem ordinis, non statim etiam clavem jurisdictionis & vice versa habeat, (Inp. §. 43.) contingere sapient potest, ut, qui absolvendi a censuris in foro interno facultate prædictus est, in foro externo absolvere minime possit. Hinc Canonistæ passim tradunt, absolutum in animæ judicio, etiam pœnitentia peracta, posse adhuc in foro exteriori accusari & puniri, idque ideo, quod prius judicium præcipue fiat ad pœnitentiam & satisfactionem divinæ offendæ: posterius autem ad publicam vindictam & reipublicæ satisfactionem. COVARRUVIAS ad Cap. 24. de Sent. excom. in VI. P. I. §. 11. Verum senior est & scopo centurarum conformior eorum doctrina, qui à censura latæ sententiae in foro conscientiae absolutum deinceps in foro judiciali inquietari prohibent.

VAN ESPEN Tract. cit. cap. XI. §. 2.

§. CV.

Sive a juri-
dice. Censura ab homine lata jure communi tollenda est ab eodem, qui eam tulit, vel ab eo, qui in officium aut dignitatem successit illi, qui

qui vi illius officii aut dignitatis censuram inflxit. Unde censura ab Episcopo lata, vi sua ordinariæ jurisdictionis, eo mortuo solvi potest ab omni eo, qui in ejus jurisdictionem ordinariam, veluti capitulum sede vacante aut vicarius a capitulo constitutus, succedit. Quod si is absolutionem deneget, & censura constrictus credat aut eam injunctam esse aut saltem se eatenus satisfecisse, ut absolutione dignus sit, tum olim ad synodum provincialem provocatio dabatur. *Concil. Nican.* *Can. 5.* a qua deinceps nulla neque ad sedem apostolicam appellatio permissa fuit. *Can. 125. in codic. eccles. african. ap. VOELL. & JU-*
STELL. Tom. I fol. 395. Sed juxta recentiorem & modernam disciplinam recurrentem est ab Episcopo ad Metropolitanum aliumve immediatum judicis censuram inflictam solvere renuentis superiorem: ab eo ad pontificem romanum, ut causa discussa aut ad ordinarium absolvendus remittatur, aut si absolutionem recusat, superior eam impetratur. *Cap. 7. §. 3. de Sent. excom. in VI.*

Quia ratione adpellationes ad sedem romanam cœperint invalescere, dixi in lib. II. ad Tit.
de adpellat.

§. C VI.

Eodem modo censuras juris tollere nemo posset, nisi is, qui canonem condidit, aliasque in candem jurisdictionem succedens, vel ejus superior. Attamen ob infinitam ejusmodi censurarum frequentiam hæc regula communiter statuitur: Si pontifex aut conditor canonis talem censuram per generalem constitutionem promulgans absolutionem illius sibi expressè non reservaverit poterit hac censura innodatus absolvī non tantum a pontifice, qui eam tulit, sed etiam a proprio filio Episcopo, imo & a proprio sacerdote, arg. *cap. 29. de sent. excom.* qualis hic esse censetur omnis is, qui pro confessionibus audiendis legitime adprobatus est. Inde est recepta formula absolutioni sacramentali præmitti solita: *absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possim ac tu indiges.*

§. C VII.

Hæc regula autem sub hac exceptione exaudienda est: Nisi ^{Reservatio} _{censura-} absolutio specialiter Papæ aut Episcopo vel aliis prælatis sit reser- _{vata.} ^{rum.}

vata. *Censurarum eadem, quæ criminum* (sup. §. 33.) *reservatio papalis* fata habuit, atque pro regula receptum, nullum esse casum papæ reservatum, qui non habeat censuram reservatam annexam. Hinc, qui habet facultatem absolvendi a peccatis papæ reservatis (sup. §. 34. in schol.) etiam potest absolvere a censuris eidem reservatis quodam forum poenitentiale scilicet & internum: Nam quod ad forum externum aut censuras papæ absolute reservatas aut Romanam cundum, aut Roma mandatum ad Episcopum vel vicarium generali arcessendum est.

§. CVIII.

Aliquando penitus cessat. Sunt tamen causas, in quibus omnis reservatio cessat 1.) pie admodum, ne occasione reservationis casuum aut censurarum aliquis perireat, in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes a quibusvis peccatis & Censuris absolvere possunt. CONCIL. TRIDENT. Sess. XIV. cap. 7. de sacram. paenit. 2.) Liceat Episcopis in quibuscumque casibus occulti, etiam Sedis Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in diœcesi sua per se ipsos, aut per vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiae absolvere imposita paenitentia salutari. Sess. XXIV. cap. 6. de reform. 3.) Si quis, pro violenta manum injectione in clericum, est vinculo excommunicationis adstrictus, si habens capitales inimicitias, vel alias justas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusat, ita, quod sine periculo apostolico se nequeat conspectui presentare; licet diœcesano Episcopo, recepto juramento, secundum morem ecclesiæ sibi absolutionis gratiam impetrari. Sed est illi sub juramenti debito injungendum, ut quam citius opportunitudinem babuerit rom. pontif. audeat, mandatum apostolicum suscepturnus. cap. 11. de sent. excom.

§. CIX.

Absolutio ad cautelam. Cum vero excommunicatus nullam in judicio standi personam habeat cap. 1. de except. in VI. qua ratione aut absolutiō petere, aut contra censuræ injustitiam querulari poterit, præsertim cum appellatio contra censuras effectum suspensivum non habeat. (sup. §. 66.) an ergo tanto tempore, quo usque scilicet causa plene est finita, omni commercio ecclesiastico & civili exclusus manere debet, quem

quem excommunicationis fulmen tetigit? in promptu est *absolutio*, quæ ad *cautelam* vocatur, quæ antiquis canonibus incognita fuit. *Can. I. IV. q. V.* & circa seculum IX. aut X. propter censurarum frequentiam & rigorem invalidit. Eam ergo is petit, & obtinebit, qui censura sibi inficta nullitatem & injuritiam caufatur *cap. 40. de sent. excom. cap. 9. de excep.* modo nullitatis causam aliquo modo probaverit. *Cap. 7. §. 2. de sent. excom. in VI.* Neque propter oppositionem censurantis denegatur, nisi is intra VIII. dierum terminum *manifestam offensam* probaverit; si *dubia* remaneat, nulla obstante contradictione vel intercessione absolutio ad *cautelam* non differtur, juret tamen *centuratus* de parendo mandatis ecclesiæ & idoneam præstet cautionem de satisfaciendo, in casum, quo fuerit inventus juste censura affestus *cap. 2. de Sent. excom. in VI.* Eadem *abolutio* pro *foro* interno, licet nulla censura *suspicio* adsit, ad *superabundantiam* & ad tollendum omne periculum *absolutioni sacramentali* præmittitur (sup. §. 106.) & omnibus rescriptis, Bullis & privilegiis apostolicis ex *statu curiae romanae* inseri coniuevit, ne effectus gratiæ concessæ per latenter forsitan censuram impediatur.

Quod in cap. 1. de jud. quod desumum est ex concilio quodam Africano, &c. in sed. Can. eccl. afric. can. 87. ap. JUSTELL & VOELL. in Biblioth. Qur. can. ult. P. I. pag. 371. habetur, legamus, donec satisfactio præmissa absolutus sit, id primum Raymundus ex cap. 29. de V. S. addidit. VAN ESPEN: Traß. cit. §. 3. cap. 69.

§. CX.

Est & alia species *absolutionis* priori non absimilis & antiquis *Absolutio* pariter incognita, quæ vulgo dicitur *absolutio cum reincidentia* & ad *cumreincidentia*. *reincidentium*, quæ datur ad determinatum tempus aut ad certum actum v. g. terendi testimonium, comparendi in judicio, &c. ut sic *absolutus* rursus deincidat in *centuram* tempore elapso aut actu perfecto. *Cap. 22. de Sent. excom. VI.* Eam a priore sic differre ajunt, quod hæc concedi soleat, si de censura contracta certo constet, non si dubia sit. Quodsi sub certa obligatione & conditione quis ita absolvatur, & per *absolutum* non steterit, quo minus conditio sit impleta, hunc non *re incidere* humanius est. Ergo & nova judicis sententia requiritur, ut sub conditione *absolutum* rursus in *centuram* *re incidisse* *judice* constet.

§. CXL.

§. CXI.

Per dispensationem & restitutionem liberamur. IRREGULARITATEM per delictum contractam regulariter romani pontificis & non Episcopi gratia aboleri posse ajuant. Sed primævam Episcoporum auctoritatem CONCIL. TRIDENT. aliquatenus restituunt: *Liceat Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare.* S:ss. XXIV. cap. 6. de reform. Episcopus quoque clericos ob adulterium & crimina eo non graviora depositos post peractam poenitentiam restituere potest. cap. 4. § 2. de Judic. cuius gratiæ spes olim nulla fuerat. Can. 1. 2. Dist. 50. nisi concilium *injuria depositum restituendum decrevisset.* Id quod hodie in degradatione injuste facta observandum est, ut Episcopus iisdem ceremoniis & ritibus (sup. § 67.) degradatum publice restituat. Can. 65. XI. q. III.

DE JURE PRINCIPUM CIRCA CENSURAS ET POENAS ECCLESIASTICAS.

§. CXII.

Jura principum circa censuras. Inter gravissima, quæ restoribus civitatum incumbunt, officia, istud facile primum esse existimo, ut ecclesiæ non minus, quam republicæ pacem & tranquilitatem conservare studeant: Can. 20. 21. XXII. q. V. Ut subditos quoscumque ab omni violentia & injuria immunes prestant, Can. 23. XXIII. q. V. Plana hæc sunt, & a nemine ignorantur. Sed æque certum est, per abutum potestatis ecclesiasticæ, qui in vibrando potissimum censuris committitur; malitia innumera in utramque rempublicam redundasse sapius, & viros non raro optimos oppressos fuisse, Can. 1. XV. q. VII. quorū jam

jam suo ævo plura fuisse exempla, quam credi posset, S. AUGUSTINUS de Ver. Relig. cap. 6. testatur. Multi sunt, qui indiscutib^s potestate tyrranica, non auctoritate canonica damant, & sicut nonnullos gratia favore sublimant, ita quosdam odio invidiae permeati humiliant. Can. I. XV. q. VII. Judicium ecclesiasticorum auditorias, quæ sub causa religionis maxima esse solet: censuratum gravitas, quarum effectus in omnem vitam civilis communionem extenduntur: earum denique frequentia & quotidiana in casibus quibusve obviis multitudine satis superque demonstrant, quam parum distet usus ab abuso, quamque is perniciosus omnibus sit futurus, nisi coercitio & temperamentum accedant.

VAN ESPEN Tract. de Recurs. ad princip. cap. I. §. 7. Tem. IV.

§. CXIII.

Itaque jus est Principibus, ut auctoritate sibi a Deo data non solum modum & normam præscribant in censuris & poenis eccl^sesiasticis infligendis ab iis observandam, qui neglectis evangelii regulis & ecclesiasticis sanctionibus in ecclesiæ & reipublicæ damnum iis abusi sunt aut deinceps abuti possunt, sed etiam, ut, si nihilominus subditos suos injustis censurarum comminationibus & inflictionibus vexari contingat, oppressis protectionem regiam impertiantur, & refugium pandant, mediisque competentibus violentiam judicum ecclesiasticorum comprimant.

§. CXIV.

Hoc jure usus est JUSTINIANUS, atque, quid in excom-
municatione decernenda observandum sit, lege publica edixit:
»Omnibus autem Episcopis & Presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sanctæ regulæ hoc fieri jubent. Si quis autem prater hoc a sancta communione quemquam segregaverit: ille quidem, qui injuste a communione segregatus est, solitus excommunicatiōne a majore sacerdote, sanctam mereatur communionem. Qui vero aliquem a sancta communione segregare præsumserit: modis omnibus a sacerdote, sub quo constitutus est, separabitur a communione, quanto tempore ille perspexerit: ut, quod injuste fecit,

juste sustineat. „ Nov. 123, cap. 11. add. can. 11. q. I. Quam Justiniiani Imperatoris catholici legem probat & laudat ecclesia catolica can. 6. XXIV, q. III. ne limites sua potestatis excessisse & potestati ecclesiae in usu clavium derogasse a quoquam argui possit. Eandem sculo IX Imperatores LEO & CONSTANTINUS confirmarunt PHOTIUS in Nos Nomocan. Tit. IX. cap. 9. ap. JUSTELL. & VOELL. Biblioth. Jur. Can. vet. Tom. II. fol. 969.

§. CXV.

Pari auctoritate reges francorum constituerunt: „ ut nemo Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta causa communione privet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu Archiepiscopi aut Coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema aeternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi criminis, & illi, qui aliter non potuerit corrigi Capitul. Carol. Calvi cap. 56. ap. BALUZ, Tom. II. col. 36. & ut excommunicatio subito & sine causa non fiat. Lib. VI. capitul. 217. ap. eund. Tom. I. col. 961.

§. CXVI.

**Lo jure
principes
noſtri uſi
ſunt.** Egregia horum exempla etiam nostri äugustissimi Principes secuti sunt. Ita 1) in transactione inter Rudolphum II. Imp. & Urbanum Episcopum passaviensem an. 1592. inita cautum legimus, ut ad poenas, fententias & censuras ecclesiasticas usque ad suspensionem & depositionem prælati ordinarius procedere non posset absque consensu & adprobacione Imperatoris. Corp. Jur. eccles. Austr. pag. 273, 2) JOSEPHUS I. an. 1706. a censuraram via facti infligendarum comminationibus Archiepiscopum pragensem abstinere jussit. Corp. Jur. eccles. Bohem. pag. 172. 3) MARIA THERESIA Imperatrix Gloriosissima an. 1768 generali constitutione præcepit, ut causæ excommunicationis ob percussionem clerici infligenda a commissariis ecclesiasticis & ſecularibus pari numero cognoscantur, & fententia Majestati ad adprobacionem effteratur. Corp. Jur. eccles. Bohem. pag. 183. 4) Eodem anno constituit, ut in posterum nullus subditorum neque in crimine heretice pravitatis absque placito regio & consensu judicis ſecularis excommunicatione percuti possit. *ibid.*

ibid. pag. 184. & 186. 5) Insuper in constitutione de an. 1765. va-
num irregularitatis metum, quem prætendebant clerici, si ad detegen-
dos & puniendos delinquentes officium boni civis præstarent, depo-
ni voluit. ibid. pag. 226. seq.

§. CXVII.

Quodsi judicem ecclesiasticum neglecto ordine, legibus tam ec-
clesiasticis quam civilibus præscripto, ad inflictionem censuræ via fa-
cti profligis, si notoriæ esse censuræ injuriam probare quis pa-
ratus sit, tum boni principis officium erit, ut a potentiorum oppres-
sione & violentia imbecilliores liberet, eisque protectionem suam
impedat. Dabimus huic sententiaæ patronos omni exceptione ma-
iores FRANCIS. SALGADO in Tract. de protec. reg. P. I. prælud.
IV. „Cum judices ecclesiastici tot intolerabiles violentias & oppres-
siones suæ majoritatis & jurisdictionis occasione committant, justi-
fime multo fortius potest Rex illis resistere, & oppressis naturaliæ
defensionem præstare, cuius proprium officium est.“ DIDAC. CO-
VARRUVIAS præf. quæst. cap. 35. testatur, quod in regia & castel-
lana republica illud observatissimum sit, & diu obtinuerit, a tempore
quod membriam hominum excedit, posse ab his, qui a judicibus ec-
clesiasticis vi & censuris opprimuntur, regios auditores & consiliari-
os, qui apud regia suprema prætoria litigantibus jura reddunt, omni-
no adiri, ut vim auferant, & compellant judices ecclesiasticos ab ea
inferenda cessare. Hic vero forensis usus non tantum in his castel-
lanis Regis Hispaniarum ditionibus, & principatibus, sed & apud
Gallos, aliquoq[ue] reipublicæ christianæ seculares Principes est equi-
dem receptissimus.

2) Jus
contracem
furias inju-
rias recu-
sum conce-
dendi.

VAN ESPEN Tract. de censur. ecclaf. Cap. VIII. s. 4. Tom. IV.

§. CXVIII.

Exempla innumera caque præclara suppeditat historia ecclesi-
astica, e quibus elucet pontifices ipsos, Episcopos, Presbyteros,
monachos constanter ad protectionem regiam recursum instituisse
adversus vim & judicium ecclesiasticorum violenta judicia; tantum
aberat, ut hoc pacto immunitatem & jurisdictionem ecclesiasticam
laedi existimarent. S. ATHANASIUS per infidias a synodo Tyria epi-

Ejus pra-
xis anti-
qua ostendit.

Scopoli dignitate dejectus ad Constantium M. provocavit. *Apostol.* II. In Synodo chalcedonensi PHOTIUS Episcopus Tyriorum, BASSIANUS Episcopus Ephesinus, EUNOMIUS & omnis clerus Nicomediensis Metropolis aliquae monachi, presbyteri, Episcopi, ad Marcianum Imp. recurrerunt, auxilium ejus implorantes. *Council Chalcedonensis. Act. I. IV. XI.* ut jubeat arcere injustitiam, quatenus valeant congrua christianis pace fruentes sine intermissione mysteria divina perficere. *Ibid. Act. XIII.*

§. XCIX.

Et abesse. Et remo- Ne quis dicat, stabilitam a nobis potestatis sacræ a civili independentiam (P. I. Sect. I. cap. IV.) hoc admissio recurru everti. **wetur.** Ejus enim fundatum unicum est *vis*, quam subditum tum laicatum clerici tunc patiuntur, dum in eos censorum fulmina per viam facti, neglecto juris ordine & insuperhabitis canonum ac legum præceptis decerpuntur. Ejus scopus unicus est, ut princeps auctoritate sua a civibus vim repellat, propulsat. *& oppressos sublevat SALGADO loc. cit. Prælud. V.* Absit, ut principes christiani corrumve ministri ecclesiæ antistites concessa sibi a Christo ligandi & solvendi potestate libere uti impediant, quamdui in ædificationem ecclesiæ & salutem populi legitimo modo ea utuntur. Non de jure disputationibus, sed *facti*, legibus ecclesiasticis & civilibus contrarii, violentiam accusantibus recursum ad se patefaciunt: cuius itaque justitiam falvo Imperio civili nemo impugnare poterit.

Si quis coram judice sæculari conqueratur, quod censura ecclesiastica perstrictus fit per eum, cui jurisdictione in foro externo nulla competit: vel per judicem extraneum: vel per legitimum quidem superiorem, sed ex causa frivola aut absque prævia citatione, omisso competenti munitione &c. aut si quis contendat, censua comminatione aut executione se gravatum esse, que vel Romæ tantum vel sine placito regio vel (quod in regionibus austriacis obtinet (sup. §. 106.) sine consensu & praescitu judicis sæcularis promulgata fit, is utique meras facti quæstiones in judicium deducit, & jure ad tribunal principis provocavit, ut ab iniquitate censorum quantocius liberetur, quas jam supra §. 65. nullam vim habere diximus. *VAN ESPEN. Tract. de Censur. cap. VIII. §. 5. Tract. de recurs. ad Princip. Cap. II. §. 1. Cap. III. §. 1. seqq. §. 7. Cap. IV. §. 1. seqq.*

§. CXX.

§. CXX.

Sed inutilis foret regiae protectionis imploratio, nisi praesto Jura hæc essent media, quies ad legitimos tramites, si ab his recesserunt, in aërum deducuntur; judices ecclesiastici reducerentur, omnisque violentia, si qua contra ius illata est, eorum propulsetur. Huc refertur *Cassatio seu Annulatio*, qua princeps declarat, Bullas & decretalibus, quibus præ censuras tensæ centuræ ecclesiasticae continentur, eodem loco habenda esse, injustas. ac si nunquam emanassent, ita ut nulla eorum habenda sit ratio. cum in se nulla semper fuerint; eoque conflent, per ea jura magistratis, genuinos ecclesiæ canones, jura populi, & subditorum tranquillitatem perturbari. Dum Principes jure Magistratus nunnunquam explorant resciendumque Præfulum acta vel gesta in contemptum veritatis ecclesiasticae discipline, aut ejus, quam habent in profana jura, auctoritatibus id recte faciunt, quasi sacre politia legumque custodes, qua in parte sublata eorum Majestate ac potestate, publicum statutum collabi necesse esset. RENAT. CHOPPIN. de sacra Polit. lib. III. cap. I.

Hujus remedium adversus censuras injustas usum inveteratum esse in Belgio, in Hispania indubitate terum gestarum monumentis ostendit VAN ESPEN Traité de recurs ad princip Cap. V. Illustrissimum vero exemplum Germania nostra exhibet in constitutione Josephi I. Imper. quam an. 1707. contra Clementis XI. declarationem nullitatis & censurarum comminationem tam expressam quam tacitam edidit, quamque integrum ad calcem hujus dissertationis recitare libuit, cum nec in omnium manibus versetur, & in compendio fere omnia, que de jure principum circa censuras dici possunt, complectatur. Verum quidem est, principem sicut neminem censura ecclesiastica ligare, ita nec solvere posse, cum jus istud ecclesiæ tantum ex Christi institutione tributum sit. Ce n'est pas, que les juges laïcs en ce cas présentent l'absolution de l'excommunication, ni s'attribuer un pouvoir, qui ne dépend, que de la Quisition ecclesiastique, mais ils déclarent la procedure nulle, d'où il d'ensuit, selon les canons, qu'il n'y a point de censure valable HERICOURT. Loix ecclesiast. pag. 172. chap. XXII. §. 52.

§. CXXI.

In subsidium, si leniora remedia non sufficiant, ex usu omnium principum Christianorum invaluit remedium *immisionis* in eorum temporalia. Imo & alia media coactiva adhiberi coeperunt, queis vel a censuris immaturis abstinere, vel nulliter latas in pœna Clericorum temeritatis destruere coguntur. Cur enim principi non licet armatum spiritualium abusum impedire? Et qua tandem alia poralia.

ratione impedit? Quod si quis contendervit a principibus sacerdotalibus
hanc tollere potestatem, statim, non quidem sero competet experientio
manifestissimo, quantum calamitatis reipublicae invexerit. COVARRU-
VIAS loc. cit.

VAN ESPEN. Ius. cie. cap. VI. Manifesta est in hac re Germaniae praxis. Doctores quidam
facultatis iuridicae Colonensis ad Nuntium ibidem recursum instituerunt aque
adversus decanum facultatis decreta quædam comminatoria & executiva excommu-
nicationis impetrarunt. CAROLUS VI. Imp. An. 1713. in hunc casum decrevit:
Cum in qua ex circumstantiis in supplicia adducitis & demonstratis abunde appareat, præ-
dictum recusum incompetenter factum, non nisi ad collationem supremarum Potestatum
in ecclesiasticis & politiis tendere, & non exiguis incommodis & scandalis viam ape-
rire: hinc alissime dicta Sua Sacra Casarea Majestatis sis omnibus a Consilio suo Imper-
ialis Aulico fibi debite relatis, probeque atque accurate perpenitus, non modo recursum
illum a memoratis sex Doctoribus ecclesiasticis ad sapientiam Domini Nuntium
apostolicum hoc in causa sumptum, severe, cumque indignatione exprobandum, sed &
Decretis ejusdem comminatoria & executiva, utpote ex se nulla & invalida, cassanda
annullanda, & abolenda iussit, prout ea omnia cassas, annullatas, aboles, nullaque declarata
ac insuper memoraturum sex Doctorum ecclesiasticorum universos temporales redditus,
in panam temerarii recursus, sequebrari iussit: de reliquo etiam iisdem serio districte-
que sub pena omissionis voti actris, præcipit & injungit, quid acta omnia coram dicto
suum Domino Nuncio producta repeatant, & uno cum Decretis hujus causa inde emis-
satis retractari faciant, eaque se repetuisse ac retractari fecisse intra bimetre ab haruno
publicatione, proximo in Consilio Imperiali Aulico doceant; prondeque ab omni possibili
ad Nuncium Apostolicum aut Quidicem ecclesiasticum recurso, in ejusmodi causa, absie-
neant; fin secus, comminata pena, cum debito rigore contra ipsius ad executionem des-
duceant. Retulit hanc Sententiam VAN ESPEN: in Tract. cit. adpendic. monum.
sub llt. V.

§. CXXII.

Non ob-
stante
Cencilio
Trident.

Neque hactenus dictis Synodus Tridentina refragatur. Nefas
fit sacerdotali cuilibet Magistratui prohibere ecclesiastico Iudici, ne quem ex-
communicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub præ-
textu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata; cum non ad se-
culares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Sess. XXV. cap. 3. de
reform. Non enim hujus concilii patres jura majestatica abrogare
aut restringere voluisse censendi sunt, & ad eum, de quo nobis ser-
mo nunc est, casum generalia Concilii verba trahi omnino non pos-
sunt. Ut nihil dicam, tantam hujus non ad dogma sed disciplinam
pertinentis decreti firmatatem nunquam fuisse, ut per leges & consue-
tudines omnium populorum, qui Tridentinæ Synodi auctoritatem
venerantur, tolli non potuerit.

CON-

CONSTITUTIO
JOSEPHI I. IMPERATORIS
 CONTRA
BULLAM CLEMENTIS XI. P. R.

**JOSEPHUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELE-
CTUS ROMANORUM IMPERATOR &c. &c. &c.**

Compertum est omnibus, novissimorumque temporum series demonstrat, quam insigni cura, labore & sumptu hostes ex Italia ejeti sint, atque huic libertas, quam vis Gallica labefactar, vietricibus nostris Foederatisque armis feliciter restituta: ut proinde persuasi omnino fuerimus, neminem potuisse e totius Italiam proceribus reperiti, qui non esset gaudium propterea & condignum erga Nos amorem gratitudinemque testaturus.

Verum memorare nunc, haud absque justo doloris sensu cogimur, *Ministros Curiae Romanae* seu *alieni instinctu genii*, seu proprii qualiscumque emolumenti fiducia, eo abreptos esse, ut ausi fuerint, ad stuporem universi, & cum Republicae scandalo, *secularibus in rebus spiritualia arma intentare*, & scriptum typo impressum in vulgus edere, tenoris sequentis:

Tum sequitur Bulla Clementis XI. de die 27. Julii An. 1707. sub titulo: DECLARATIO NULLITATIS. „Cujusdam concordie in Sedis Apost. licet & Sacra R. E. præjudicium inita super hybernis stationibus, quas milites germani in Ducatu Parmenti & Placentiae locarunt, firmi remanentibus ecclesiasticis censuris eidem Sedi reservatis per eos quovis modo incursis, qui tam ea occasione loca ducatus predicti invaserunt & perturbarunt, quam nuperime onera & gravamina bonis personarum ecclesiasticarum ejusdem Ducatus intulerunt Romæ 1707. Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ, qua integræ existat in Lib. cui titulus: *velut and Thalut Papistis Clement. XI. Frankfurt All. 1710. Tom. I. pag. 1045.* Tum prosequitur Imperator:

Nos habita declarationis præinsertæ clausularumque ejus omnium ac singularum attenta consideratione, non possumus non graviter inter cetera ex eo commoveri, quod antiquissima *Nostra Et Imperii Romani in Italia* atque inde dependentia Ducatus Mediolanicus *Pura in Parmean ac Placentiam velint a Romana curia, per assertio-* nem Dominii quasi sibi competentis, præfidenter convelli, cum ple- na

na historiarum fide & ipsis Investiturarum per Prædecessores Nostros Romanorum Imperatores datarum tabulis, aliisque actibus evidenteribus in hunc usque diem constet, directum, supremum, Majestaticum dominium in præfatam Parmam Placentiamque, non nisi Nobis Sacro-que Romano Imperio competere, legitimosque Ducatus Mediolanensis possessores duper investiri.

Ostendi profecto nequit directum hoc & supremum dominum, reservatumque Majestaticum ab illo unquam Imperatore abdicatum esse, aut sine expresso ejusdem ac Imperii consensu a Ducibus Mediolanensis abdicari, cedi ac transferri, multo minus a curia Romana valide usurpari ab eave per Duces Parmenses legitime recognosci potuisse. Innuunt hoc plures historiarum libri, & prolixe simul notant, quæ hac in materia pro conservatione jurium Imperialium non interrupto ordine peracta sint. Neque latet publici status peritos, quantopere Prædecessores Nostri & speciatim Carolus V. glorioæ memoriae, Cæsarea sua Imperiique jura non in curriculo vitæ solum sed ultimæ etiam voluntatis elogio sit tuitus testatusque. Et aliunde sat liquet, Imperialia jura sic esse imperio innexa, ut ab illo sine totius assensu, nequaquam separari, multoque minus ab invito per Bullas Pontificias, qualibuscunque fulminum minis refertas, abstrahi & separari queant.

Irritus idcirco labor fuit, & vix non explosione dignus, quo allegati in supratacta declaratione pontifices judicium in causa propria arrogare & ope Bullarum ejusmodi, jura tertiorum sibi afferere conati sunt. Nec certe potest intelligi, quid in mentem romanæ venerit curiæ, quando a militia Nostra bona ecclesiæ invadi scripsit, cum sciat aut scire saltim debeat, Nostra & Imperii feuda, in quæ miles disperitus est: alimenta quoque vitæ necessaria, tantopere per ius naturæ gentium privilegiata haberi, ut possint etiam in territorio neutrali tunc potissimum querri, sumique, cum sustentatio in propriam alentis defensionem præservationemque ab ulteriori hostili damno, & periculo cedit. Quales circumstantias in præsente inveniri casu, & per canones, leges, rationemque status ad communia onera ipsummet clerum pro pace ac libertate stabilienda obligari, nemo est, qui non videat; præfertim illa in provincia, in qua & mos hujusmodi antiquus circa communionem tributorum militarium servatur, & possessiones cleri Parmensis tam amplæ existunt, ut quartam Ducatus partem pene exsuperent. Indignum itaque clericali felicitate est

visum, quod, cum alii eguerint, ipsa tenacitatem suam prodere, nec cum laicis, quamquam tēr a commissario nostro imperiali sollicitata, ne ad obulum quidem erogandum, concurrere voluerit, sed pertiaaci suo, refractarioque inhāserit proposito, quamvis ipse consentius pontificius pro collectis ad communem necessitatem utilitatemque conferendis, non sine illustri reverentiā nota in tractatu per dictum commissarium Nostrum concluso, tuerit reservatus.

Quæ omnia & plura alia, quibus tam provide ac juste ex parte Nostra procedi placuit, adeo luculenta sunt Nostra aequitatis & munieris cæsarei legitimate exerciti testimonia, ut, ex quo juris fonte acres ista superioris expositæ censuræ spirituales confessim profluxerint, dispicere haudquaquam valeamus. Fecimus quod nostra & imperii iuria postularunt; & eo quidem modo fecimus, quem constitutiones imperii, illarumque usus dictavere, ac singularis etiam observantia, quam communem Christianitatis patrem, sedemque apostolicam extra partium studia prosequimur, desiderare vīsus est; prout cardinalis germani negotiations complures, tum pro impetrando superfluo pontificis assentio, tum ad remonstrandū auctoritatis ecclesiasticæ, præpropere nimis ac perperam adhibitæ abusum, non uno loco convincunt. Observamus exempla in simili collectarum & onerum ecclesiasticorum genere, sed modo agendi prorsus dispari, cum hostibus nostris, ut ut communem Europæ libertatem infestantibus, & nullo favore dignis; quibus tamen a romana curia, vel consensu etiam sœpe contra fas ipsum præbetur subito, vel ita indulgetur conniveturque, ut animositas contraria, qua & nos liberrime in conspectu totius mundi impetimur, & aperta nostra ac imperii iura passim verbis, typis, factisque impugnantur, jam pridem duriorem in nobis motum excitasset, nisi hinc innata bonitas austriaca & alia momenta intuitu sanctæ ecclesiae molivissent. Et vellemus adhuc ulterius longanimitatem nostram, etsi jam ab origine nostri regiminis cæsarei sat laceritam, lubenter manifestam reddere, si in omittendis nostrorum & imperii jurium defensionibus longior mora permissa foret; possemusque erga Deum & posteros de illa recte excusari.

Nunc autem, cum in contrarium a lege divina & humana, recta ratione, gentium jure & aliis justitiae pictatisque principiis moneamus:

Hinc omnibus ipsis ac singulis innixi, nec non juratae capitulationis nostræ constitutionumque imperialium memores, exhibito consiliariorum nostrorum arcanorum, totiusque consilii imperialis aulici

scrutinio, consultis etiam extrancis præstantibus Theologis, canonumque & legum civilium peritis, pro nostrorum atque imperii iurium tutela

Declaramus supra insertam sic dictæ nullitatis declarationem, inancem, irritam & nullam simulque excommunicationem in ea expressam, aut si quæ alia hujusmodi prætenditur, aut prætendi potest omnino pro invalida reputandam esse, eoque minus hanc subsistere, quo evidentius patet ejusdem requisita (nimirum peccatum mortale, contumaciam in notabili errore, præviā personarum citationem &c.) defuisse, ac deficere, scriptumque Romanæ curiæ non ad defendantem hæreditatem domini, sed ad jura imperialia super Ducatibus Parmae ac Placentiae porro usurpanda tendere.

Et cum juxta sanctorum patrum conciliorumque mentem, non illis, quibus, sed his, a quibus injuste infliguntur timenda sint censurae. Nos Judicii omnis carnis cordiumque scrutatori, omnipotenti Deo sicut & cui libet mortaliū ab affectibus libero, discernendum atque æstimandum relinquimus, quid oporteat de ploratu cleri sentire, qui tunc aures obduratas habet, cum nostri ac sacri romani imperii hostes in germanicis italicisque provinciis, imo in ipsis pontificum ditionibus, ministros Dei & ecclesiæ pro libitu opprimunt, crudeliterque discruciant; in Nos vero & ferenissimum ac potentissimum Principem Dominum Carolum tertium Hispaniarum Regem, ac adverlus Neapolitanum Regnum, Sabaudiæque Ducem, tunc primum insurgit, cum Nobis & justæ causæ nostræ tam prospera affulscere sidera, ut ex hostilibus prævalidisque manibus sit cum aliis Italiae oppressæ partibus Neapolis & Belgium prodigiose eruptum

Ad perpetuam præterea rei memoriam tenore præsentium declaramus, & efficacissime, quantum opus, protestamur, nullum omnino jus, & multo minus directum supremumque dominium in Parman & Placentiam sedi romanæ a nobis dimitti, neque dimitti posse, quin potius omnia & singula suprema dominia, quæ in prædecessorum nostrorum, nostrorumque præjudicium usurpara sunt unquam, & adhuc usurpantur; quo cunque etiam nomine appellantur, nobis & sacro romano imperio firmiter reservamus & confirmamus omnimejori forma & modo cunctas possessiones, exceptis iis, quæ ex magnanimitate & magnificentia Cæsarea in antedictam sedem expressim translatæ sunt, annullando, abolendo & cassando, eoque magis pro nullis, injustis ac invalidis declarando, quo manifestius per se corruit, quidquid imperioriæ majestati clam palamve auctoritate pro-

pria

pria subtractum est, aut etiam ab Imperatore extra normam debitam alienari nequit. Solennissime pariter ac speciatim romanæ contradicimus curia prærensam illam, quoad jura tertiorum bonave temporalia potestatem, quam bullæ pontificiæ exercere præsumunt, cum hæc, nec validæ hoc in genere, nec receptæ sint, quibuscumque insigniantur nominibus & nos romanumque imperium obligare non possint debeatve, neque facultatem nos ullam admittamus, aut tolerare possumus in sacerdata curia, quæ castare & nullare conetur ea, quæ nos vi muneris auctoritatisque nostræ cæsareæ diponimus ac ordinamus, nullatenus dubitantes, quin conventus universi imperii ac omnes ejusdem electores, principes ac status vasallique ac subditi, consilio nobis ac auxilio suo efficace, ubi opus fuerit, & ordo rerum demandarit, sint actutum adstituti.

Iterato igitur & deliberato animo, sanoque & maturo accedente consilio atque ex plenitudine potestatis nostræ cæsareæ, hisce publice declaramus, contradicimus, abolemus, castamus, & protestamur, ut supra solennissimo, quo potest fieri pacto & modo nullantes, quidquid in saepius memorato superiore scripto quoad formam aut materiam in præjudicium nostrorum & sacri romani imperii iurium, vel etiam contra nostros ministros commissarios, milites vel alios quosunque, exprimitur aut intellectum videri potest.

Inhibemus quoque omnibus ac singulis ecclesiasticis ac sæcularibus nostris & imperii vasallis, ministris ac subditis, sive in terris ecclesiæ, sive in ducatis Parmæ aut Placentiæ sive alibi existentibus, sub gravissima nostra & imperii indignatione, omnium bonorum confusione, corporalique poena, ne quam rationem ejus, quod in adducto scripto continetur in ulla re habeant, sed districte mandamus, ut nostris iussibus & ordinationibus constanter & debite pareant; tum vicissim protectionem nostram clementiamque cæsaream fidelibus ac obedientibus impertiri non intermittemus; monituri idcirco etiam modo debito Parmensem Ducem, ut nullum aliud dominium quam nostrum & dicti Hispaniarum regis frati nostri charissimi, utope legitimorum ducatus Mediolanensis respective dominorum & postessorum, ratione Parmæ & Placentiæ recognoscatur, cum potissimum etiam aliunde in proposito sit, quod respondere nobis de nostris & sacri romani imperii iuribus non immerito teneatur. Rogamus denique omnipotentem ac justissimum Deum, ut ardentem omnibus & sincerum honestæ, fide ac perpetuæ pacis concordiaque amorem in flilla-

stillare; nobis met autem largiri gratiam dignetus, quo continuo & fortiter, quaecunque ad Nos & sacrum imperium pertinent, tueri valeamus, cum submisissima gratitudine totum id, quod Cæsar is est divinæ Majestati acceptum ferentes, publicaque hac declaratione, protestatione & reservatione repetita profitentes, circa temporalia imperii bona & jura nihil alteri cuiquam, nisi quod expresso prædecessorum nostrorum & imperii consensu munitum est, atque in specie nullum dicti imperii dominium temporale supremum legitime unquam competere, asteri, aut vindicari posse.

Iis omnibus ac singulis quæ secus facta sunt aut reputantur, hisce pro nunc ut ex tunc, & pro tunc ut ex nunc, ac futuris æternum temporibus, quam fieri potest solennissime, gravissime, firmissimeque contradicentes, vigore diplomatis hujus, manu nostra subscripti, & sigillo nostro cæsareo muniti, quod dabatur in civitate Nostra Viennæ die vigesima sexta Mensis Junii, Anno Domini millesimo septingentesimo octavo, regnum nostrorum, Romani decimo anno Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero quarto.

JOSEPHUS.

(L. S.)

Vt Fried. Carolus Comes
de Schœnborn.

Ad Mandatum Sacrae Cæsareæ
Majestatis proprium.

Franciscus Winandus
de Bertram.

Kr 3497

(x225 8755)

vD18

WPA

MM



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



PAULI JOSEPHI a RIEGGER

EQUITIS

S. C. R. A. M. CONSIL. AUL ACT. JUR. ECCL.
PROF. P. O.

DISSESTITIO

DE POENITENTIIS ET POENIS
ECCLESIASTICIS.



JUXTA EXEMPLAR VIENNENSE.

COLONÆ AUGUSTÆ AGRIPPINENSIMUM.
EXCUDEBAT BALTHASAR WILMS.